vt mundaret per baptismalem regenerationē

In cuius signum in passione eius de latere eius exiuit sanguis et aqua. Ut mundaret sibi populum acceptabilem. i. gratum per fidem et caritatem. Sectatorem bonorum operum. per bonam conversationem. Prima Thimoth. 6. Sectare iustitiam: pietatem et fidem. Hec loquere. s. que predixi de filij incarnatione et passione. Loquere nescientibus: et exhortare scientes et negligentes etc.

In prima missa. Sermo de euangelio.

Exiit edictum

a Cesare Augusto etc. Luce. 2. Reparatio humani generis fuit causa incarnationis verbi diuini: vt dicit Damas. quia humanatio verbi propter hoc facta est: vt natura que peccauit et corrupta est: liberaretur a corruptione: vt sicut per hominem mors: ita per christum resurrectio mortuorum fieret. Ne ergo ignorantia seu negligentia redderet nos ingratos: ideo euangelista circa benedictam incarnationem ponit sex considerationes.

Prima consideratio.

Circa primam considerationem: que est de temporis opportunitate cum dicit Exijt edictum. Sunt tres conclusiones.

Prima conclusio est de temporis conuenientia quia natiuitas christi multum conueniebat. Nam conueniens est amico necessitatem patienti subuenire. vnde qui tempore necessitatis desinit subuenire: amicus non est. Prouerbiorum. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Sed quia peccator propter indigentiam et defectum ponitur in tempore necessitatis: et diligitur a deo: quia secundum Augustinum. Si deus peccatores non amasset: de celo non descendisset. Et etiam deus cum sit summe misericors: promptissimus est miseros a miseria liberare. Ideo congruebat eum humanari in tempore nostre indigentie: vt nos saluaret. Hoc innuitur cum dicit. Exijt edictum etc. vbi congruitas temporis ostenditur a tribus. Primo in persona principis reipub. quia natus est tempore Octauiani Augusti. Et hoc propter conuenientiam rei: vt per vniuersalem iurisdictionem Augusti designaretur vniuersale dominium christi: de quo in psal. Dominabitur a mari vsque ad mare. Secundo sicut ille auxit Romanam remp. sic et christus ecclesiam. Et hoc in quatuor. s. in gratia diuini amoris: in veritate diuine cognitionis: et in merito bone operationis: et in premio eterne retributionis. Secundo in negocio rei geste: quia natus est tempore descriptionis seu professionis: in quo designatur quod ille nascebatur hoc tempore: qui electos ascriberet in eternitate. Et hoc quadrupliciter Primo per eternam predestinationem: per internam vocationem: per gratie infusionem: et per glorificationem. Ro. 8. Quos predestinauit: hos vocauit: hos iustificauit et magnificauit. Tertio a qualitate collate gratie: quia natus est tempore pacis propter tria. Primo vt innueret se actorem pacis. vnde dicitur rex pacificus. Secundo vt ostenderet se auctorem pacis: quam vsque ad mortem sectatus est. Psal. In pace factus est locus eius. Tertio vt viam veritatis predicatoribus prepararet. Ysa. 4°. Erit via residuo populo. vnde dicit. Exijt edictum etc. id est generale mandatum. Ut describeretur vniuersus orbis. s. imperio romanorum subiectus. Hec descriptio prima facta est a Cyrino preside Syrie. s. misso a Cesare Augu. in Syriam tanquam preside et iudice.

Secunda conclusio est: quod licet gratia dei omnibus presto est sine personarum acceptione cum sit donum dei supernaturale: a solo deo nature collatum. requirit tamen dispositionem debitam in recipiente. Nam videmus in agente naturali quod agens naturale non introducit formam nisi materia sit preparata. Et ideo alteratio precedit introductionem forme substantialis: vt contrarie dispositiones amoueantur: et conuenientes introducantur. Sic est in spiritualibus a deo non infunditur gratia in animam: nisi primo disponatur. Et hoc fit mediante alteratione. s. vt affectiones et operationes contrarie amoueantur. Et hoc est quod dicit. Et ibant omnes in ciuitatem suam etc. scilicet alteratione: affectiones relinquendo saluti contrarias: et virtuosas assumendo: quibus perficitur in eternam salutem: que per ciuitatem designatur

Tertia conclusio est: quod licet secundum predicta conuersio mentis ad deum fiat per liberum arbitrium: et secundum hoc precipitur quod homo se ad deum conuertat. Hoc tamen non potest fieri nisi deo ipsum ad se conuertente: secundum illud Ihere. 31. Conuerte ad me et conuertar ad te. Et ideo sequitur quod nihil potest homo facere: nisi a deo moueatur. Joh. 15. Sine me nihil potestis facere. Ratio huius esse potest Nam licet liberum arbitrium bonum et malum neutrale habeat libertatem: tamen propter fomitem origi

nalis infectionis ad malum habet quandam seruilem inclinationem. Et ideo ad bonū nō potest conuerti: nisi solo deo mouēte. Quod etiam p3 ad philip. 2. Deus est qui operat̃ in nobis velle ⁊ perficere. ❡ Scḋo patet rōne: quia cum oīs motus naturalis est ab eo q cāt nā3. Sed deus est causa volūtatis: tum q2 voluntas est potentia anime rationalis: que a solo deo causatur per creationem: tum quia voluntas habet ordinem ad velle bonum: quod est deus. Quare deus vt vniuersalis motor: mouet anima3 naturali ⁊ vniuersali motu ad vniuersale obiectum voluntatis: quod est bonum. ⁊ sine vniuersali motione homo nō potest velle aliud: licet homo per ratione3 determinat ad volendum hoc vel hoc: quod est vel verum bonū vel apparens. Sed tamen interdum spāliter deus mouet anima3 ad aliquod bonū: sicut in hijs quos mouet p gratia3. Et hoc est q dicit. Ut ꝓfiterentur singuli: suam scilicet in sufficientiam: ⁊ diuinam liberalitatē que dispositionem confert ⁊ pfectionem.

Scḋa ꝯsideratio.

c Circa secundam que est de loci idoneitate cum dicitur. Ascendit aute3 Joseph. Ubi sunt due ꝯclōnes.

❡ Prima ꝯclō est: q christus quatuor loca sibi approbauit. s. Syon: Nazareth: Bethleē ⁊ Jhr̄lm. Syon sibi elegit: vt sua3 origīnē. s. q esset de stirpe regia: declararet. Nazareth elegit sue conceptioni: ⁊ Bethlee3 sue natiuitati. Jhr̄lm passioni: ostendens q xp̄s specialiter ⁊ spiritualiter pmo ihabitat corda innocentia p mundiciam. vnde Syon interpretat̃ sponsa. ❡ Scḋo corda virtuosis exercitijs adornata. vnde Nazareth florida dicitur. ❡ Tertio corda sustinentiu3 compassiua. vnde Bethleem dicitur domus panis id est lachrymarum. vnde psal. Fuerunt mihi lachrymе mee panes die ac nocte. Et alibi. Et panē lachrymarum dabo vobis ⁊c. ❡ Quarto corda concordiarū pacifica: quia ihr̄lm interpretatur visio pacis.

❡ Secunda conclusio est: q constituti in hoc seculo nequam ad eternam ascriptionem non valemus ascendere: tum propter nostra3 pronitatem: tum propter mundi transitoriam consolationem: que nos tardat. vnde bene dicit. Ad nihilum vtilis est mundialis consolatio: ⁊ quod magis est metuendum: etiam vere ac salubris consolationis est impedimentu3. Et ideo de valle miseriaꝝ que intelligit̃ per galileam: ascēdere debemus. Ad pariendū pueꝝ iesum id est ad perficiendum bonum propositum deuote vite operum completione cum vera humilitate: que est custos omnium virtutū Hec humilitas per Joseph intelligitur: qui fuit nutricius ⁊ custos. quia nunq̄3 aliquis continuaret ꝓpositu3 sanctitatis: nisi nutriat ⁊ custodiat virtus humilitatis. Et etiam debet ꝓfiteri cum Maria despōsata sibi vxore. i. cu3 discreta ratione. Nam sicut Maria Jesu3: sic ratio discreta concipit ꝓpositum sanctitatis p affectum in voluntate: ⁊ per effectum istud in bona conuersione. Concipit autem de spiritu sancto: q2 ip̄m bonū ꝓpositum a gratia dei est que dat velle ⁊ pficere. Ro. 8. Sed quare sic christo nato adhibetur custodia: ratio est: quia omne nouum in pncipio cito sentit detrimentum. Et ideo voluit deus non solum matre3 qua nasceretur: sed etiam custodem: a quo custodiretur habere: vt scias q nihil ꝓdest si bona spiritualia studiose cōgregas: nisi diligenter custodias congregata.

Tertia cōsideratio.

c Circa tertiam ꝯsideratione3: que est de partus celebritate: cum dicit̃. Factus est aūt. Ubi sunt tres ꝯclōnes.

❡ Prima conclusio est: q ex decreto diuine ordinatōis ꝯueniens fuit deum incarnari: q2 sm Damascenum p incarnationis mysteriū monstrat̃ simul bonitas: sapientia ⁊ iustitia ⁊ potētia dei vl̄ virtus. Bonitas q2 non despexit ꝓprij plasmatis infirmitatem. Justitia vero quoniā hoie victo: non per aliu3 fecit vinci tyrannum: nec vi eripuit hominem ex morte. Sapientia vero: quoniā inuenit difficilis precij deuotissimam solutionē. Potentia vero siue virtus infinita: quia nihil est maius: q̄3 deum fieri hoie3. ❡ Ratio est. Nā vnicuiq̄3 ꝯueniens est q competit sibi sm rationem ꝓprie nature: sicut hoiem cōueniens est rōnari quia hoc conuenit inq̄3tum est rationalis sm naturam. Ipsa aūt natura dei bonitas est sm Diony. de di. no. vnde quicquid pertinet ad rationem boni: cōueniens est deo. Pertinet autem ad rationem boni: vt se alijs cōmunicet sm Diony. vnde ad rationem summi boni pertinet q summo modo se creature cōmunicet. Quod qdem maxime fit: per hoc q naturam creatam sic sibi coniungit: vt fiat vna p

sona ex deo. s. verbo: aīa z carne. vnde pz q conueniens fuit deum incarnari. vnde dicit. Et factum est. Cum aūt essent ibi. q. d. cuz nostre miseric essent in mēte eterna puise: z ordinatione totius sanctissime trinitatis sctūz est. i. decretū vt deus hō fieret pp nostrā salutem.
¶ Scda pclo est: q in hac benedicta incarnatione deus ptulit nobis bona: qbus vita nostra pficitur. ¶ Primum est fides recta: que magis certificat ex h q ipsi deo loquēti credit vnde Aug°. de ciuitate dei dixit. Ut hō fidentius ambularet ad veritatem: ipsa veritas dei filius hoie assumpto: pstituit z fundauit fidez ¶ Scdm est spes: que p hoc maxime erigit. vnde Aug°. 13. de trini. Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostrā: qz vt demonstraret nobis qztum diligeret nos deus. Quid vero isto iudicio manifestius: qz vt dei filius nostre nē dignatus est intrare psortiuz? ¶ Tertium est caritas: q maxime per h excitatur. vnde Aug. dicit. Que maior cā est aduētus domini: nisi vt ostēderet deus dilectionē suam? Et postea subdit. Si amare pigeat: saltem reamare nō pigeat. ¶ Quartum est plena pfectio deitatis: que vere est hois btitudo: z finis humane vite. Et h collatum est nobis p christi humanitatem. Et hoc est q dicit. Impleti sunt dies. s. deuoti hois hijs donis quatuor: per christi humanitatem nobis collatis: qbus dies vite nostre pficiuntur ad meritorie opandum. Et sequit. Ut pareret filium suuz id est ppositum bone vite diu in mente conceptum: perficeret operis impletione.
¶ Tertia pclo est: q in isto btō filio inuenimus duplicez filiationē. Unam qdem: q̄ hz respectum ad patrem p eternam generationē Aliam que hz respectū ad matrem per tpalez pturitionē. ¶ Et nota q filiatio est pducti naliter per aliquod pducens: ita q fit sile in natura viuente: z intellectuali: z sibi psubstantiale ¶ Per pmaz pditōem spūs sanctus non pōt dici filius patris nec filij: qz non pcedit p modum nē. Nec ignis productus pōt dici filius ignis pducentis: qz non viuit. Nec brutum pōt filius dici: qz nō intelligit. Nec si aliqs pduceret alium de nō suba sua: ille diceret eius filius. Sic Adam non dicit filius dei. Tunc pcludo q in christo sunt due filiatiōes reales qz filiatio nō determinat sibi suppositū: nisi ratio est gnātionis passiue: h est rōne pductionis z ratione nē. sed cuz vnitate suppositi stat bene plificatio in xp̄o gnātionuz passiuaz vel pductionuz. Probo: qz pductio eterna a patre: z tpalis a matre. Et h est q dicit. Et peperit filiū suum. s. tpalr fm nām humanā cuz defectibus nostris: qbus nobis meret. Sz dicitur pmogenitum: pter eternam generationem fm diuinam naturam a patre.

Quarta psideratio.

Circa quartam psiderationem: q̄ est de plis sedulitate: cum dicit. Et pannis euz inuoluit. vbi sunt due p°es
¶ Prima pclo est: q xp̄s in sua natiuitate sūmam pauptatez exēplificauit nobis. vnde dr q pannis eum inuoluit in testimoniū paupertatis. vnde paupes dicunt pannosi: qui multis pannoz petijs induunt. ¶ Nota circa paupertatem christi aliquas virtutes: quas inuenies in questiunculis de paupertate.
¶ Scda pclo est: q pauptas est inualida sine humilitate. Ideo saluator in natiuitate se in psepe explicando: subiunxit humilitatē ad nostrum pfectuz. vnde Ber. Quanto minorē se fecit dei filius: tanto maiorem se ostendit in bonitate. Et qzto p me vilior: tāto mihi carior. Et hoc notat cum dicitur. Positus in psepio: non sedens in solio: non presidens in palatio in signum humilitatis. Pauptas cuz pannis eum inuoluit. Humilitas eum in presepio inclinauit. ¶ Quotiens g virtutes cuz Maria id est cum anima penitente inuenis: totiens saluatorez noueris esse natuz. ¶ Nota hic dānantur delicie: diuitie z honores huius mūdi. Delicie in hoc q filius dei nō mollibus: sed pannis rudibus est inolutus. Honores in hoc q non in palatio: sed in psepio eum rure reclinauit. Diuitie in hoc q locum alium non habuit.

Quinta consideratio.

Circa quintam considerationem: que est de nuncij solēnitate cum dic. Et pastores zc. vbi sunt sex pclones.
¶ Prima conclusio est hystoriam videre. Mos enī erat gentilibus antiquis in vtroqz solstitio scilicet estiuali z hyemali vigilias nocte custodire ob solis venerationem. qui fortis vsus apud iudeos ex vsu cohabitantium inoleuerat. vnde in ipsa nocte pastores sup gregem suum vigilauerunt: sicut bis in anno in longioribus: z breuioribus noctibus facere consueuerunt.

¶ Secunda cōclusio est q̄ natiuitas christi. ¶ Primo nūciata est pastoribus ꝓpter qnq3 rationes. ¶ Prima ratio est: vt paupertatez ꝯmendaret: vnde Ber. Quanti nobiles fm carnē illa hora in stratis mollibus quiescebāt: ⁊ nemo illoꝝ dignus habitus ē nouaz videre lucem ⁊c. ¶ Scd̄a ratio est: vt simplicitatem ꝯmēdaret. vnde apl's. Que stulta sunt huius mūdi eligit d's: vt cōfundat fortia ⁊ sapiētes. ¶ Tertia ratio est: vt ad requirendaz ouem ꝑditam: tanquā vetus pastor venisse se indicaret. Luce. 15. Quis ex vobis homo hn̄s centum oues ⁊c. Quarta ratio est ꝑꝑ officij pastoralis approbandā auctoritatez. vnde sancti patres antiq leguntur fuisse pastores. Unde filij Jacob dicerūt Pharaoni. Geñ. 36. Uiri pastores ouiuz sumus. ¶ Quinta: vt informarentur mistice qūo pastores se habere debeant ad oues sibi ⁊ sue cure ꝯmissas. Et hoc est qd̄ dicitur. Et pastores erant in re. cadez vigilantes: vbi dicit Ber. Qd̄ nūciatur pastoribus vigilantibus: ⁊ in regione manentibus: ⁊ nō militibus: nō venatoribus: nō dormientibus: nō in ciuitate vel tumultu existentibus. Et bene dicit pastoribus q. s. interiora regūt scilicet cogitatiōes ⁊ desideria. Dicit etiaz vigilantibus. s. ꝑ solicitudinez. s. vigilia interiori: de qua i canti. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat: q ad aspectuz veri luminis mentis oculos aptos tenent. Pax. n. esset gregē in pascua pellere nisi pastor vigilaret: ne lupus gregez inuaderet. Itē nunciatur in regione. i. solitudie manentibus ꝑ curaꝝ postpositionem: non in ciuitatibus ⁊ negocijs secularibus manentibus. Psal. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine paupertatis. Qm̄ vidi iniquitatez: ⁊ contradictionem in ciuitate.

¶ Tertia ꝯcl'o est: q̄ nunciuz tale debebat fieri per angelos ꝑꝑ lapsum angeli reparandi. Naz incarnatio non tm̄ valebat ad restaurationem humani lapsus: sed etiaz ad reparationē ruine angelice. Unde nō debebat angelus excludi. Et hoc est q̄ dicit. Et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos: in signū recōciliationis ⁊ amicitie. vn̄ stabat iuxta illos: non ꝯtra: non supra hinc est q̄ post incarnatiōez angelus apparēs Johāni. Apoca. 22. nō permisit se adorari sciens humanam naturam per incarnationem filij dei exaltatam.

¶ Quarta ꝯcl'o est: q̄ tria sunt beneficia incarnatiōis: que nobis insinuauit. ¶ Primū est fidei informatio. Lz. n. homo per lumen naturalis rationis posset scire quid agenduz: tn̄ plenarie nō potest scire quid bene agenduz in ordine ad vitam eternā. Et ideo necessaria fuit lux diuine irradiatiōis: qua mens humana illustrata cognoscat illa que in mēte ordinat in salutez: ⁊ hoc est qd̄ dr̄. Et claritas dei circunfulsit illos: in signum q̄ ortus erat sol iustitie: ⁊ nox recēdebat ignorātie. vnde Ysaias. Populus qui sedebat in tenebris ⁊ in regiōe vmbre mortis: lux orta est eis. ¶ Scd̄z est ꝑsumptiōis ablatio. Tales. n. inspicientes suam ꝑfectionez quam soluz ostendūt apparenter: de se incipiunt ꝑsumere vel alios iudicant vitiosos. Hec ē pestis mortifera fraternā lacerās caritatez: ⁊ spirituali letitia plenū ad accidiam ducit. Hec tamen refrenatur ꝯsideratis defectibus respectiue ad diuinaz ꝑfectionez. vnde dicitur. Et timuerunt valde: quasi diceret: q̄ ipsi videntes suaz isufficientiam ⁊ defectus in claritate diuine ꝑfectionis. Timuerunt valde .i. timore reuerētie se humiliātes de se nihil ꝑsumētes. ¶ Tertiū est diffidētie de d's redargu°. Hec reddit hoīez maledictū ⁊ ꝓtectione dei indignū eccle. 2 . De dissolutis cordibus: qm̄ non credunt deo: ⁊ ideo non protegentur ab eo. Et nota q̄ quatuor causant diffidentiā scilicet peccati magnitudo: vel multitudo. Itē multitudo temptationuz: frequens casus: ⁊ nimia tristitia: hanc remouet incarnatio christi. Et ideo angelus dixit. Nolite timere. q. diceret. Sēper fiduciam habeatis de deo: si merita vestra precesserit. vnde verisimile est q̄ paratus est iuuare eos qui volunt maliciaz deserere ⁊ bonitati adherere: Prouerbi. 12. Qui bonus est: hauriet sibi gratiam a domino. vnde Aug. Gratia inquit dei nō potuit gratius ꝯmendari: q̄z vt ipse vnicus dei filius in se icōmitabilr manens indueret hominez: ⁊ spez dilectionis sue daret hominibus. Et ideo paruulus natus est vt diligeretur: nō timeretur.

¶ Quinta ꝯcl'o est: cum maxime gaudenduz sit de bono cōmuni: q2 diuinius est particulari. Incarnatio xp̄i nobis maximuz gaudium contulit: q2 per eaz non solū habemus summi boni adeptionē: sed etiam oīs mali exclusionē ¶ De primo Bernar. dicit. Illud est verum ⁊ summum gaudiuz: quod de creatore ⁊ non creatura concipitur: ⁊ quod cuz possederis nemo tollet a te: cui comparata omnis aliūde iucunditas mors est: omnis sanitas doloris: ⁊

quodcunq3 aliud delectari possit molestū est.
¶ De scdo Bernar. transisse de morte ad vitam: vite gaudiū duplicat. vnde dicit Leo papa. Fas non est ibi locum esse tristitie: vbi natalis est vite: ꝛ hoc est quod dicit. Ecce enim annuncio vobis gaudiu3 triplex. s. visitatiōis in natiuitate: redemptionis in resurrectione: sublimationis in ascensione. Magnum. s. qꝛ replet celum ꝛ terram. Psal. Letentur celi ꝛ exultet terra. Quod erit omni populo: idest ecclesie colligende de omni populo: qꝛ natus est vobis saluator. Bernar. Saluabit nos ab inimicis nostris: qui sunt carnis fomes: vanitas mondi: mors corporis: violentia demōis: Hodie ꝑpter temporis congruentiam: qꝛ l3 esset natus in medio noctis: tñ claritas meridiane lucis effulsit. Qui est christus. i. vnctus vnctione misericordie ꝯtra hominis fragilitatem. Et dominus. i. ꝓtector contra hostis improbitatem ꝛc. In Bethleem ciuitate dauid addit ad designandum eius natiuitatem spiritualem. vnde si fueris Bethleem per cordis compunctionē: vt sint tibi lachryme tue panes die ac nocte: ꝛ si fueris iuda: per oris cōfessionem. Et domus dauid: per satisfactione3: nascitur christus in te.
¶ Sexta conclusio est: qꝛ euangelista hāc annunciatione3 confirmat per quattuor signa.
¶ Quoꝝ primum est humilitas. Quia inuenietis scilicet illum qui erat absconditus.
¶ Secundu3 est simplicitas: qꝛ infantem. i. non fantem: ꝛ tñ dei verbū. ¶ Tertium paupertas: Pannis inuolutum: non sericis.
¶ Quartū asperitas: qꝛ positu3 in presepio. Hec sunt signa saluatoris. S3 sunt alia signa terroris xp̄i venturi ad iudiciu3. De quibus supra. Sed eade3 quatuor signa per gratiā in passione christi mutata sunt. Qui. n. in natiuitate erat ifans: in passiōe fuit clamās. Hic pānis inuolutus: ibi vestibus nudatus. Hic reclinatus in ꝑsepio: ibi affixus patibulo. Hic inuentus: ibi maliciose perditus.

Sexta consideratio.

Circa sextā ꝯsiderationem: que est de laudis iucunditate cum dr̄. Et subito facta est cu3 angelo multitudo militie celestis laudantiu3 deu3 ꝛ dicentiū. Gloria i altissimis dō: ꝛ in terra pax hominibꝰ ꝛc. Ubi sunt due conclusiones.
¶ Prima ꝯclō ē: qꝛ angeli nūciaturi mysteria incarnatiōis nihil perdūt de actu sui ꝑmij: Ratio est: qꝛ actus premij angeloꝝ est i clara dei visione ꝛ fruitione: que ex missione angeli non perditur: cū deus vbiq3 sit: imo ad aliqualem gloria3 actualem angeloꝝ est mitti. Sicut credo Gabrielem firmiter fuisse sūme gloriatum: imo adhuc gloriari: qꝛ tante legatiōis fuit nuncius, vt verbum incarnaretur: ꝛ qꝛ salutem angelorum ꝛ hominum restaurationem procuraret. Et ideo prorupti in laudem: ꝛ vt vnius laus esset auctentica: omnes cōsona voce cum ipso prorumpebant in laudem. Unde Beda in glosa. Uno angelo euangelizante multitudo in consonam laudem prorupit: vt officium suum deo impendat: ꝛ nos instituat: vt laudantibus deu3 congratulemur. Et hoc est quod dicit: ꝛ subito facta est: idest repente cum eo: scilicet predicto angelo. Multitudo: Glosa iterlinearis. Ne parua videretur vnius angeli auctoritas: mittit militie celestis exercitus. vbi Beda. Bene angeloru3 exercitꝰ militia vocatur: qui ducem militie sequantur: qui contra malignos spiritus ad nostram tutelam exercitus ordinauit angeloꝝ laudantiū: repetendo de beneficijs ꝓposse gr̃aꝝ actiōes.
¶ Secunda conclusio est: qꝛ hec incarnatio bene dicta erat angelis ꝛ hominibꝰ gloria maxima. Ratio est: quia pro gloria alicuius est cum beniuolentia demonstratur totius trinitatis. Sed hoc est factum hominibus ꝛ angelis: igitur ꝛc. Maior patet ꝛ minor probatur.
¶ Et primo de hominibus. Nam pro gloria hominum erat: ne humana natura totaliter ꝑderetur: cuius ruina preuisa erat: quod factu3 fuisset sine christi incarnatione. Hoc etia3 patet de angelis. Nam pro gloria angelorum erat: vt etiam eorum ruina ab eterno preuisa reepararetur: quod fieri nō poterat: nisi per reparatorē illa natura humana que propter hoc fuerat creata ad salutem deduceretur. Et ideo angelus Gabriel istius sacramenti libenter fuit minister: vt dicitur in Luca. De isto dicitur ecclesia. Gloria domini: plenum est opus eius: scilicet incarnatio. Et bene plenum gloria domini dicitur: quia gloriam de restauratione in celo: ꝛ de redemptione facta in mundo: ꝛ de liberatione facta in inferno habet deꝰ ꝑ opus incarnationis. Ysa. 40. Et reuelabit glīa dñi ꝛ videbit ois caro salutare dei. Sed quō gloria domini est: qꝛ filio dei ad consortiū nostre mortalitatis fuit assumptus: qꝛ panniculis nostre paupertatis fuit obuolutus: qꝛ cau-

terium peccatorem in circuncisione suscepit: q̄ esuriuit: q̄ fatigatus fuit: q̄ conspui: q̄ flagellari: crucifigi: ⁊ mori voluit? Dicitur q̄ in hoc opere plus potentie: sapientie: ⁊ bonitatis quam in omnibus alijs ostendit. Gloriosius enim fuit deo hominem assumere: quã angelum creare: ⁊ pro homine mori: quam hominẽ in prima immortalitate conseruare. Et ideo dicit Bernardus. Quanto se minorem facit dei filius in humilitate: tanto mihi carior. Et hoc est quod dicit. Dicentium: scilicet voce cordis ⁊ oris. Gloria in altissimis: scilicet in angelis qui sunt altissimi respectu aliarum creaturarum. Et in terra pax hominibus: non gloria: Sed pax hominibus. Bone volũtatis: Beda idest eis qui bona voluntate suscipiunt christum ⁊c.

In secunda missa. Sermo de ep̄la. xvj.

Pparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris ad Titũ secundo. Ad exhibendum beneficium benignitatis ⁊ clementie: non solum requiritur: Ut mens concitata in vltione: benignitate detineatur: sed etiam offensis prestetur venia ⁊ eorundẽ supplicationes admittantur dicente Seneca: Quod clementia est lenitas superioris aduersus inferiorem in penis constituendis: Sed quia vt dicitur Johelis secundo de saluatore. Quod benignus ⁊ misericors sit ⁊ prestabilis super malicia. Ideo ab indigentibus diligentissime est inuocandus. Unde apostolus hoc aduertens in presenti epistola dicit: Q̄ iam spe salui facti sumus per Christi incarnationem. Et volens nos ducere ad gratiarum actionẽ dicit. Apparuit benignitas ⁊c.

¶ Circa totum in vniuersale sunt septem cõclusiones.

¶ Prima conclusio est: q̄ nostra infirmitas est multum inualida ad statum gratie recuperandum. Nam in creatione hominis ostendit deus potentiam sapientiam ⁊ bonitatẽ suam. Potentiam: quia corpus de terra ⁊ animam de nihilo fecit. Sapientiam ostendit: quia iã disperatas naturas ⁊ substantias: corpus scilicet ⁊ animã. Federe: scilicet tam amicabili copulauit bonitatem: quia homini magis dedit ⁊ maiora promisit. Posuit enim eũ in loco deliciarũ: in paradiso terrestri: vt operaretur ⁊ custodiret illum. Ut ex agricultura disceret: Q̄ sicut terra cultori: ita ipse creatori obedire deberet. Unde si in sua innocentia perstitisset: de illo paradiso per merita ascensurus fuit ad celum empyreum. Sed heu q̄ homo a rectitudie sua deuiauit: corpus in terram redijt: Anima vero quinq̄ milibus annorum ⁊ amplius detenta est in limbo: ⁊ tota posteritas eius in hoc exiliũ est deiecta: ⁊ per consequens natura inualida est ad recuperandum statum.

¶ Secunda conclusio est: q̄ saluator cernens tam nobilem creaturam sic destitutam ex ordinatiõe sanctissime trinitatis: dignatꝰ est ipsam reformare. Et ideo: cum deus nollet naturã illam sic miseram relinquere: propter quã cetera creauit: eam in infinitum dignius reparauit: cum multo amplius potentiam: sapientiã: ⁊ bonitatem suam erga nos declarauit. Potentiam quidem: quia in reparatione nostra d̄ terra ab omni morbida qualitate origialis seu actualis peccati virtute altissimi preseruata. id est de corpore virginis gloriose: ⁊ de purissimo sanguine eius purissimum corpus assumpsit: cui animam omnia scientem infudit. Sapientiam: quia in opere incarnationis preter naturalem vnionẽ in christo fuerunt due mirabiles ⁊ ineffabiles vniones. Diuinitas scilicet ad animam: ⁊ diuinitas ad carnem: que etiam morte interueniente separari non poterant: etiam anima ⁊ corpore abinuicem separatis. Bõitatem: quia sine meritis nostris ad miseriam ipsa beatitudo descendit: ⁊ defectus huiusmodi sustinuit: ex misericordia: non ex debito. Ratio est. Nam christus ad hoc assũpsit nostram naturam: vt in ea mereretur nobis vitam eternam: quam nobis abstulit per peccatum Adam. Sed tale meritum maxime consistit in tollerantia passionum ⁊ defectuũ: quare ⁊c. Et hoc est quod dicit. Qui saluos fecit nos. Ille scilicet qui est deus per naturam: ⁊ saluator per gratiam spe future salutis. Romanorum octauo. Spe salui facti sumus.

¶ Tertia conclusio est: q̄ hec benignitas diuine mi̅ficordie multipliciter nobis apparuit

¶ Primo: quia suscepit nostram naturam: quia verbum caro factum est. Johannis pri-

mo. ¶ Secundo: quia experiri voluit mise/ riam nostram. Sapien. septimo. Su3 quidã ꝛ ego homo similis hominibus mortalis.
¶ Tertio: quia in suo sanguine lauit culpam nostram. Apocalipsis. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Quarto: quia por tauit penam nobis debitam. Ysaie. 53. Disci plina pacis nostre super eum. ¶ Quinto: q2 docuit ignorantiam nostram. Matth. 5°. Be ati pauperes ꝛc. ¶ Sexto: quia attulit nobis gratiam suam diuinam. Johannis primo: De plenitudine eius accepimus omnes gra/ tiam. ¶ Septimo: quia preparauit nobis glo riam eternam. Johannis decimoquarto. Ua do parare vobis locum: ꝛ hoc est quod dicit. Apparuit benignitas ꝛc. Quasi dicat. Appa ruit mundo per carnem: nobis p fide3. Beni gnitas: id est larga dĩ misericordia. Et huma nitas: idest magna eius clementia. Philipp. secundo. Et habitu inuentus vt homo: Sal/ uatoris nostri dei: id est qui salutem nostram operatus est in medio terre: id est in corpore virginis gloriose per incarnationem.
¶ Quarta conclusio est. ꝙ nullus potest sibi mereri primam gratiam ex condigno: quia re pugnat dono gratie. Unde Roma. decimo. Si ex operibus iam non ex gratia. Item ra/ dix merendi est gratia ꝛ merces est cuiuslibet boni terminus. Qui ergo non habet principi um cuiuslibet boni: non potest mereri. Et iõ dicit glosa super illud Roma. sexto. Gratia dei vita eterna. Posset inquit recte dicere sti/ pendium iustitie vita eterna: sed maluit dicere gratia dei vita eterna: vt intelligeremus ad vi tam eternam pro sua miseratione nos produ/ cere: non meritis nostris: scilicet de condigno Et ideo ex parte nostra munus est. Ipse eni3 deus sua miseratione perficiet: s3 illud prime Pe. quinto. Deus autem omnis gratie: qui nos vocauit in eternam gloriam suam in chri sto Jesu modicum passos perficiet. Et hoc est quod dicit. Non ex operibus iustitie que feci/ mus nos. Prius scilicet: quia nulla bona fe ceramus. Immo potius cum inimici essemus reconciliati sumus. Roma. quinto. Sed s͠m suam: idest sibi propriam misericordiam. Et⁹ enim est propriu3 misereri sicut dicit Grego.
¶ Quinta conclusio est: ꝙ christus per gra/ tiam incarnationis contulit nobis remissionẽ culpe. Donatione gratie ꝛ apertiõe ianue re/ gni celestis. Et hoc oĩbus ꝗ̃tum ad sufficien tia3: sed tantũ p̃destinatis: quantum ad effica ciam. Unde Leo papa in quodam sermõe di cit. Sicut enim christus nullum sine reatu re perit: sic liberandis omnibus venit. Et hoc ẽ verum quantum ad passionem exhibitã. vn/ de Damas. dicit: ꝙ ea q̃ hominis sunt: super hominem agebat. Unde ꝛ actio christi meri/ toria: quanuis esset actio humana: potens ta/ men agebat in virtute diuina. Et ideo erat po tens sufficienter super totam naturam. Et q2 omnes homines sunt vnus homo in natura cõmuni. Inde est ꝙ Christi actio: quo ad na/ turam se extendebat: ꝛ ad singulos se extende re poterat. Et hoc est quod dicit. Per laua/ crum regenerationis: id est per lotionem la/ chrymarum in contritione. Per quam spiri/ tualiter regeneramur. Johannis tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto: ꝛ renouationis: que fit per gratiam spiritus sancti nos renouantem vetustate cõtracta per culpam. Que renouatio fit effectiue per eum licet formaliter a gratia.
¶ Sexta conclusio est ꝙ quando christus in vtero matris affectauit mori: vel etiam orauit patrem suum pro peccatoribus sicut pie posset credi: ꝙ ille actus supposita vnione illius nẽ ad verbum fuisset sufficiens pro redemptione hominis: si deus sic ordiasse3: sicut dicit Ber/ nardus: ꝙ minima gutta sanguinis fuisse3 suf ficiens ad redimẽdu3 hoie3. S3 ex quo deus sic ordinauit: voluit Christum suum pati s͠m scripturas. Ideo omnia bona opera ipsius prosunt nobis ad redemptionem ꝛ meritum. Unde Augustinus dicit. Qđ alius modus nostre liberationis fuit deo possibilis: sed no/ stre miserie conuenientior nullus fuit. Et hoc est quod dicit. Quem infudit in nos abunde: scilicet ad permanendum. Dicit abunde: tum propter magnitudinem acceptationis in me/ rente: ratione diuine vnionis ad diuinu3 sup positum. Tum propter multitudinẽ operatio num ꝛ passionum que sustinuit. Tum etiam propter redundantem remissionem omnium peccatorum: ꝛ propter copiam virtutum. Jo/ helis secundo. Effundam de spiritu meo su/ per omnem carnem: Per Jesum Christum saluatorẽ nostꝝ. q. d. vt nr̃a3 salute3 ꝯseq̃mur Per iesum id est saluationem: per christu3 id est virtutem crismatis gratie spiritus sancti.

¶ Septima cōclusio est: ꝙ talis gratia thirli
cem effectuȝ causat in nobis. ¶ Primus est
iustificatio impij: Johanis.3. Justificati gra
tis per gratiaȝ. Quod patet. Nam deus per
peccatum offenditur. Offensa autem tunc re
mittitur: quando animus offensi pacat̃ offen
denti. Et ideo ſm hoc peccatum nobis remit
titur: qnando animus offensi nobis pacatur.
Que quidem par consistit in dilectione dei:
qua nos diligit. ⁊ quādo gratiam que est eius
effectus: nobis imprimit: que peccatum tol-
lit: ⁊ nos vita eterna dignos efficit. ⁊ ideo sic
per gratiam iustificamur. Et hoc est qđ dicit.
Vt iustificati gratia ipsius: quia hec remissio
dicitur iustificatio: inq̃tum tollit delictū. ⁊ cō-
fert gratiam iustificantem. ¶ Scđs est ado-
ptio: qua mediāte adoptamur in filios eterne
hereditatis. Nam adoptatio est quedam actio
ad extra: includens in se extraneitateȝ natura
lem: sed includit intraneitatem moralem: que
est quidam amor efficiens nos filios adopta-
tionis per gratie inhabitationem. Et hoc est
qđ dicit. Vt heredes simus scilicet in presen
ti: ⁊ per gratiam adoptionis. ¶ Tertius est:
ꝙ habet nos de vita eterna certificare: qa ha
bet in se rationē acceptationis. Psal. Gra-
tiam ⁊ gloriam dabit dominus: quia effectus
gratie requirit felicitatem glorie. Et hoc est ꝙ
dicit. Vite eterne: hic scilicet ſm speȝ: ⁊ si nō
dum ſm rem. Ro.8. Heredes quidem dei
coheredes autem christi ⁊c.

¶ In secunda missa. Sermo de euangelio.

p **Astores lo**
quebantur adinuicē ⁊c.
Luce.2°. Scđm ꝙ dicit
Ber. Inuenisti plane sa
pientiam: si prioris vite
peccata defleas. s. huius
seculi desideria paruipendas: si eternam bea
titudineȝ toto desiderio concupiscas: si tibi ho
rum singula sapiunt: prout sunt. vnde pasto-
res spiritualiter sapientes: audita reuelatione
angelorum circa dulcedinem verbi incarnati
vel in mente spiritualiter nati: in quo omnes
thesauri diuine sapientie sunt reconditi: attedi
ati delectatione peccatoꝝ: ac vanitate munda
norum in ardenti animo: more viri sapientis
cuius est factorum causam requirere: ⁊ futura
ex presentibus conijcere: ⁊ res ſm veritatem
estimare in ipō desiderio feruntur. Et ideo in
euangelio sunt tres considerationes.

Prima consideratio.

c Irca primam consideratioueȝ: que
est de pastorum solicita inquisitione
cum dicit̃. Pastores loquebant̃ ⁊c.
Sunt quinque conclusiones.
¶ Prima conclusio est: ꝙ exemplo pastoruȝ
monemur: vt abijcientes omnes carnales af
fectiones: in supernam ciuitatem mentis aci-
em dirigamus.
¶ Secunda conclusio est: ꝙ in ouili mentis
nostre locum pastoris tenet ratio. Nec miruȝ
cum rex dicatur: maxime cum bene ordinata
est super sensualitatem. Nam sicut rex solo in
tuitu dissipat omne malum: alioquin non est
rex: sed tyrannus: Sic reuera ratio dicit̃ pa-
stor: cum recte est ordinata: ⁊ per gratiam illu
minata. Si autem prauitate corrupta est: iam
non est pastor: sed tyrannus. vnde in ꝓuer.
Rex qui sedet in solio iudicij ⁊c.
¶ Tertia ꝯ est: ꝙ qlibet mediāte sapiētia cor
dis dici potest pastor: respiciendo conditiones
pastoris: que sunt quinque. Nam pastoris est
intrare ꝑ ostiuȝ in ouille: ⁊ vt cognoscat oues
suas: ⁊ ꝙ educat eas: ⁊ ꝙ pascat ⁊ saluet eas:
⁊ ꝙ congreget eas in vno ouili. Sic quilibet
dicitur pastor. ¶ Primo si ratio per ostiū. s.
christum: qui est ostium salutis per remissio-
nem peccatorum. ⁊ vite per abundantiam spi
ritualium donorum: ingreditur studium san-
cte contemplationis: ⁊ cum ipse sit veritas: sic
viam aperit ad rationem intelligendum. Et
egreditur per exercitium bone operationis.
Et sic cum ipse sit iustitie: viam ostendit ad be
ne operandum. ¶ Secundo si ratio conuer
tit se ad omnes cogitationes: ⁊ affectiones: ⁊
operationes virium interiorum ⁊ exteriorum
sensuum: vt de omnibus se excutiat. vt sic co
gnoscat quid agitur. ⁊ causam ⁊ intentionem
agendi: ⁊ omnia recte fiant. ¶ Tertio est cuȝ
recta ratio non solum malas ⁊ bonas affectio
nes ⁊ cogitationes discernit: sed etiā interpre
tatiua ⁊ operatiua: que interius cogitata sunt
vel proposita exterius educit. aliquando ꝑ ver
bum interpretatiue: aliquando per opus opa
tiue. ¶ Quarto vt pascat eas. Nam oues a
fecunditate deficiunt: si pascua non habeant.
vl' hita nō sunt eis ꝯuemētia. Eodeȝ mō cogi
tationes ⁊ affectōes mētis non solum steriles

sed etiã debiles sunt nisi sibi conuenientibus
pascuis nutriantur. Qñ enim ratio non recte
ordinata alibi ꝙ debeat querit pascua ouibus
suis: tunc deficiunt: non enim sunt alibi querē
da pascua: nisi in sacra scriptura. Dicitur eni
ingredi ⁊ egredi ⁊ pascua inuenire. Ingredi/
tur ratio ad profunda sacre scripture. vt pascat
ꝑfectos. Egreditur ad planiora: vt pascat in/
firmos. ¶ Quinta est: vt recta ratio non ab/
horret mortificari: vt saluetur ⁊ viuificetur.
Tūc. n. viuificatur cū fide per caritatem ope/
rante informatur. Ipsa. n. fides rationem eri
pit a priori vita: in qua rationibus naturalibꝰ
tm̄ credebat. vnde Beda. Qđ natura reputat
impossibile: deus facit possibile. Hanc vitam
rationis fides mortificat: cum iam non credat
rationibus naturalibus: sed in ꝯmutabili ve/
ritate: ¶ Sexta est: cum ratio cognitiones: co
gitationes: ⁊ affectiones: ꝯgregat in vnū. Nā
quandiu occupantur circa res temporales: cū
sint multe ⁊ infinite disperguntur: sed cōgre/
gantur cum ad querendū bonum eternū: quod
est vnum: penitus retrahuntur.
¶ Quarta ꝯclo ē: ꝙ qñ ratio recta proposito
ꝑfectionis ad spiritualem ꝯceptum inflamma/
tur: tunc non statim de suo ꝯsilio properare dz
ad opus: sed cū illis qui in talibus sunt exper/
ti: deliberare dz: vtrum que inspirata sunt li/
ceant ⁊ expediant ⁊ ꝯsona sint dictis sanctorū
⁊ sic ad opus festinare. vel statim se absoluere
q2 periculosum est tales inspirationes in men/
te ꝯcipe: ⁊ ad effectum boni opis non ꝓperare
Ratio huius potest esse. Nam electio sequitur
iudicium rationis de rebus agendis: in quibꝰ
multa incertitudo inuenitur In rebus autē in
certis nō est iudiciū ꝓferendū: absq3 inquisiti/
one precedēte. Et ideo necessaria est inquisi/
tio rationis ante iudicium de eligendis. Et h
inqsitio dr̃ ꝯsilium: vnde in tertio ethi. dr̃. Qđ
electio est appetitꝰ precōsiliati. vñ ꝯsilium ꝓprie
iportat collatōem inter plures habitā. vnde dr̃
Cōsiliū: quasi ꝯsidiū: eo ꝙ multi ꝯsedent ad si
mul ꝯferendū. Nam in ꝯtingentibus particu
laribus ad hoc: ꝙ aliquod certum inueniatur
plures circunstātie occurrunt: que ab vno nō
facile inueniuntur: sed a pluribus certius per
cipiuntur: Dum ꝙ vnus nō ꝯsiderat alteri oc
currit: ꝓp hoc ꝯsultatio fieri dz de futuris cuē
tibus: quibus cognitis dirigitur quis ad aliqd
faciendum vel fugiendum. Et hoc est qđ dicit.
Pastores loquebantur adinuicem. s. consulen
do quid agendū sit đ reuelatis: vbi glo. ibidē
Talis collatio pastoribus ꝯgruebat: Cum ha
beant oues custodire: de partu earū ⁊ agnorum
necessitate debent nō immerito ꝯferre: q2 xp̄m
agnum mansuetissimum audiunt de oue in/
nocentissima natum esse.
¶ Quinta ꝯclo est: ꝙ ad talem ꝑfectionem ꝑ
tria ꝓuenitur. ¶ Primū est spūalis transitus
ab hoc mundo. Nā dilectio dei nullum sotium
secū potest ꝯpati: ꝙ si sit: iam cessat. vñ Aug.
Errat q secum aliqd amat. Nō. n. potest aīa
simul terrenis affici ⁊ celestibus. Et ideo ad
habendā ꝑfectam dei amicitiā: opz mundo ⁊
terrenis inimicari ⁊ abrenunciare. Iaco. p°.
Qui voluerit esse amicꝰ huius seculi: inimicꝰ
dei ꝯstituetur. vnde seqtur. Trāseamus vsq3
Bethleē. s. relinquēdo mūdi vanitatē eundo
ad sacre doctrine eruditiōem. vnde dr̃: Usq3
bethleē: qđ iterpretat̃ domus panis: ⁊ signat
sacrā doctrinā: qua spiritualr̃ in eis reficiunt̃.
vnde. Nō in solo pane viuit homo ⁊c. Mat.
4°. Uerbum qđ ꝓcedit de ore dei est ꝯsolatio:
que ꝓuenit ex verbo ꝯsolatorio predicationis
quo aīa reficitur ⁊ ꝯtra duritias laborū ⁊ obs/
uantiarum ꝓmissionibus eterne beatitudinis
quas in eis inuenit recreatur. ¶ Secundum
spiritualis cognitionis reformatio. Nā ratio
nostra lippa facta est: ⁊ intellectus obscuratus
ꝑ peccatum: ꝙ nō possumus ꝑ nos veritatē co/
gnoscere. Ideo xp̄s incarnatus est: vt oīa q̄
ad salutē nostram sunt necessaria nobis vbo
⁊ exēplo demonstraret. Hanc incarnationem
⁊ incarnati informationem respicientes oculo
mentis illuminabantur. vnde sequitur: Et vi
deamus hoc verbū. s. patris. s. qđ factum est:
scilicet caro: vt ꝑ illđ illuminemur: qđ dñs. i.
tota trinitas fecit: supple incarnari: ⁊ ostendit
nobis glosa: vt qđ in deitate videri non pote/
rat sit nobis ostensum in carne. ¶ Tertium est
prompta executio mandatorū dei. Nam mora
est in periculo: quia morosa raro est meritoria
nobis ⁊ deo accepta: q2 excludit displicentiam
sufficientem de peccatis propter vehementiam
dolorum in extremis. Etiam quia fit timore
seruili pene: ⁊ raro timore filiali gratie: q2 sm
Augu. tales plus timent iudicem ꝙ diligant.
Et ideo festinandum est more pastorum: vn/
de dicitur. Et venerunt festinantes: glosa id
est veniendi desiderio. Prouerbiorum. 22.
Uidisti hominem velocem in operibus: scili/
cet coram regibus stabit.

Secunda consideratio.

Irca secundaȝ considerationeȝ: que
c est de certitudine in inuentiõe. Cuȝ
dicitur. Et inuenerunt Mariã ⁊c.
vbi sunt quatuor conclusiones.
¶ Prima ɔclõ est: ꝙ xp̃s nasci voluit ex vir
gine Maria ꝓpter quator. ¶ Primo ꝓpter
mitt ẽtis patris dignitateȝ ɔseruandã. Nã cũ
xp̃s sit verus ⁊ naturalis dei filius nõ fuit cõ-
ueniens: vt aliuȝ patreȝ hr̃et: q̃ȝ deum: ne dei
paternitas trãsferretur ad aliũ. ¶ Secũdo ꝑꝑ
proprietatẽ: ipsius filij qui mittitur: qui quidẽ
est verbum dei. Verbuȝ absq̃ȝ omni corrupti-
one cordis ɔcipitur: quin imo conceptio per-
fecti verbi corruptionẽ non patitur: q̃ꝛ igitur
caro sic fuit a verbo dei assumpta: vt essȝ caro
verbi dei. Conueniens fuit ꝙ etiam ipsa sine
corruptione matris ɔciperetur. ¶ Tertio ꝑꝑ
dignitateȝ humanitatis xp̃i: in q̃ locũ pctm̃ nõ
debuit hr̃e: ꝑ quem pctm̃ mundi tollebat. Jo.
p̃. Ecce agnus dĩ ⁊c. Nõ poterat esse ꝙ in nã
iam corrupta ex cõcubitu caro nasceretur sine
infectiõe originalis pcti: vñ Aug. Solus nu
ptialis cõcubitus i matrimonio Marie ⁊ Jo-
seph nõ fuit: q̃ꝛ in carne peccati fieri non pote-
rat sine vlla carnis ɔcupiscentia: que accidit ex
peccato: sine qua ɔcipi voluit: qui futurus erat
sine peccato. ¶ Quarto: ꝑꝑ ipsuȝ fineȝ incar-
nationis xp̃i: qui ad hoc fuit vt hoies renasce-
rentur in filios dei. Non ex volũtate carnis:
nec ex voluntate viri: sȝ ex deo nati sunt: Cu-
ius rei exẽpluȝ apparere debuit in ipsa ɔcepti-
one xp̃i. vnde Augu. dicit. Oportebat caput
nostꝝ insigni miraculo fm corpus nasci ď vir
gine. Vt significaret sua mẽbra de virgine ec
clesia fm spm̃ nascitura. vnde dicit. Et inue-
nerunt Mariã ⁊ Joseph ⁊ infantẽ posituȝ in
presepio: Inuenerũt inq̃ȝ: q̃ꝛ ois qui querit in
uenit ip̃ȝ. s. iuxta Mariã significatã ꝑ virtu-
tem virginitatis: ⁊ Joseph. Nã Maria inter
pretatur amaꝝ mare: ⁊ Joseph augmẽtatio:
Qui ergo vult inuenire Jesuȝ: querat ipsum
amaritudine pnie ⁊ in ꝓfectuȝ virtutũ: ⁊ sic in-
ueniet ipsum infantem positũ in presepio: in
signum ꝙ ipse nunc factus est cibus hominũ
cum prius factus esset cibus angeloꝝ: vel dic
aliter. q. d. Trãseuntes siqdeȝ de mũdana cõ-
uersatione ad sctitatem eccl̃ie in qua est spiritu
alis refectio: que signatur ꝑ Bethleem. Inue
nerunt Mariã. i. ecclesie pulchritudinẽ: ⁊ tã-
q̃ȝ sponsuȝ eius Joseph. i. cetuȝ sanctoꝝ ma-
gistrorum ⁊ dei humilem aduentum scripture
paginis insertuȝ: tanq̃ȝ in presepio reclinatũ.
¶ Secunda ɔclõ est: ꝙ quatuor demonstrãt
spiritualẽ natiuitatẽ in aĩa deuota. ¶ Primũ
est infusio luminis spiritualis: qď intelligitur
ꝑ Mariã: que etiaȝ interp̃tatur illuminatrix:
Natura. n. luminis est vt res pulchra: quãto
plus illumiatur: tãtoplus decoratur: ⁊ res tur
pis ecõuerso. Nã cũ peccata de sui natura sint
turpissima: quantoplus noticia aĩe clarificatur
tanto plus turpitudo pctõꝝ percipitur. Et vl
terius natura lucis est: vt illa que in tenebris
apparent pulchra: faciat apparere turpia: Sic
lux spũalis: qua aĩa illustratur facit peccata ab-
hominari: que in tenebris passionũ apparebãt
pulchra. Unde sic vita Marie facit vitã cõeȝ
turpeȝ. ¶ Secunduȝ est virtualium augmẽ
tatio. Unde Joseph augmentũ interpretatur
Hoc. n. fit ꝑ gratie assistentiam: que hȝ aĩam
fecundare. Nã sicut terra est sterilis nisi irige
tur aqua. Ita aĩa nostra est sterilis: nisi roret
gratia. Quicqd. n. agit aĩa sine gratia: totuȝ ẽ
infructuosuȝ ad vitam eternã. Qñ autem hȝ
gratiam ita est fecunda: ꝙ singula eius opera
meritoria: sunt ɔdigna vita eterna. ¶ Tertiũ
est puritas innocẽtie ⁊ corruptiõis. Talis. n.
meretur sollicitũ curaȝ angeloꝝ. Magna est
eniȝ angeloꝝ cura: ⁊ circa innocentes diligen
tia: q̃ꝛ ꝑ ipsos restaurãda est coꝝ ruina. Unde
lȝ circa oẽs angeli hñt ɔmissum offm̃. Tñ cir-
ca innocentes hñt strictuȝ p̃ceptuȝ. Psal. An
gelis suis mandauit de te ⁊c. Ne forte offen-
das ⁊c. Nõ offendere pedem ad lapidem: est
nunq̃ȝ corde vel opere facere ɔtra xp̃i volun-
tateȝ: qď ꝑtinet ad innocentes: q̃ꝛ innocentia ẽ
puritas animi: oẽȝ iniurie illationẽ abhorrẽs
nec solum abhorret alij inferre iniuriaȝ: sȝ fu-
git ẽt in alio: igitur multo fortius in seipso oẽȝ
culpã fm Augu. Unde infans dr̃ innocens
simplicitas vel simplex innocentia nemini no
cẽs. ¶ Quartũ est aspitas vite: que ɔtrariatur
sensualitati ipsam subijciendo rationi: q̃ꝛ per
sensualitatem ipeditur merituȝ: ⁊ homo etiam
ꝑ eam sequitur delectatiões corporales. Sed
per talẽ asperitateȝ homo in vita spirituali ꝓ-
mouetur: q̃ꝛ maxime ꝑ eam sensualitas refri-
gitur. Unde dicitur. Posituȝ in p̃sepio: non
in reclinatorio aureo: sicut Salomon: sed in p̃
sepio asperitatis. vñ dicitur. Videntes hec. s.
predicta signa xp̃i incarnationis cognouerũt
cognitione intellectuali: de verbo in mẽte spi-

ritualiter nato vel incarnato qd dictū erat illis ab angelo. Glo. Videntes carnem exterius cognouerunt p fidē interius. De verbo .i. d filio dei esse dictū. Qd dictū erat illis de puero hoc: et sic p cognitionem humanitatis peruenerunt ad cognitionem deitatis.

¶ Tertia pclo est: q aliqui curiose naturali ratione inuestigantes opa dei vel fidei putāt impossibilia: eius potentiā quoqz ignorantes. Tales .n. nolunt credere nisi videant mirabilia quibus visis credunt: deponentes inuestigationē naturalē: cum quadā tñ admiratiōe reuerētie et nō dubietatis. Causata nihilominus ex hoc: qr inconsueta et rara et sup humanam facultatē: et potest etiam esse ratio talis. Nam quotienscunqz transcendentiū rex notitia in memoria venerit: totiēs renouatur in mente miraculū. Cū igitur opa xpi tā incarnationis q̄ passionis sint transcendentia nostram facultatem et ostendētia diuinā bonitatem potius vertebāt eos in admirationē. vnde dicitur. Et oēs qui audiebāt mirati sunt. Glosa Bede. s. de mysterio incarnatōnis: et de his que dicta erant a pastoribus etc. i. de tāta attestatiōe pastor. vnde Ambro. Nō ptēnēda putes quasi vilia verba pastor. A pastoribus. n. Maria fidē collegit: et populus dei ad dei reuelationem congregatur

¶ Quarta pclo est: q homo de talibus operibus miraculosis a deo factis debz esse grauis Talia. n. specialiores hñt pditiones admirationis et dīne collaudatiōis: et sunt tres pditiōes ¶ Prima est: qr transcendunt naturam: Qr ex nullo operatur et absqz conatu: sz sola voluntate. Unde Aug. xi. confessionum. Verbo tibi coeterno dicis oia que dicis: et fit quicquid dicis: nec aliter q̄ dicendo facis. ¶ Secundū est quia transcendunt artē. Ars enī imitatur naturam: a quo enim natura simpliciter deficit nō potest ars opari. Sicut q fiat regressus de priuatione ad habitū. Sed qr cū xps sit ars patris: que omnes naturas condidit: eadem arte naturas reformat: et perfectius q̄ prius fuerant create. ¶ Tertium ppter consuetudinem. Cōsuetudo enim est: quasi ex natura: que ex longitudine temporis acquiritur et confirmatur. Ita vt quasi natura videatur: sed lex diuina remouet consuetudinem cū illa bitur menti: vt vinosus per legem dei subito a vitijs puertatur ad virtutes: vt patet d paulo: et hoc est magnum miraculum huiusmodi consuetudinē malā tollere. His enim consideratis: cōsurgit mens humana in admirationem et ad gratiarum actionem: et ad diuini nominis laudationē. Unde dicitur. Maria autem: quia tempus tacendi: et tempus loquendi discutiendo omnium factorum possibilem in diuina potentia admiratione. Cōseruabat omnia verba hec etc. Glo. optima disciplina Maria: que audita conseruabat: et conseruata in corde suo frequenter ruminabat. Et reuersi sunt pastores a contemplatione creatoris ad curam sui gregis per exercitium actionis glorificantes et laudantes deum corde: ore: et opere. In omnibus que audi. ab ange. Et viderant proprijs oculis: sicut dictum est ad illos ab angelis etc.

¶ In die natiuitatis in summa missa.

In pricipio erat verbū. Joh. p. Diligenter circa materiā natiuitatis xpi triplex nobis occurrit natiuitas. ¶ Prima qua nascitur eternalr a patre. Ecclesi. 20. Ego ex ore altissimi pdij ¶ Secunda est: qua nascitur corporaliter ex virgine. Ysa. 7°. Ecce virgo pcipiet: ¶ Tertia est: que nascitur spiritualiter per gratiā in deuota mente. ¶ Prima est a nobis desideranda: qr ex eius visiōe beati erimus. ¶ Secunda celebranda: qr per illam sumus visitati in terris. ¶ Tertia ē a nobis officiose psequnda: qr in nobis nascit: sz qr vtraqz est incōprehēsibilis nullus itellectus creatus ex puris naturalibus potest contingere ad cognoscendū har natiuitatum sacramentum. Et ideo dicit Leo papa. Qd non solū ad diuinā: sz etiā ad humanā generationē pertinet illud pphe ticum. s. generationem eius quis enarrabit? Johānes igitur volens loqui de vtriusqz natiuitatis emanatione verba pfundissima et vires humane mentis quodāmodo excedētia p fert: qui vt ait Criso. Tot' humanitatis ingenia transcēdens illuc aciē mētis direxit: quo vix angelica creatura attigere pōt. Ideo enī aqle cōparatur: qr oculo itellectus eterni solis claritatē imarcessibilē acutius q̄ ceteri euangeliste intuetur: vt pz in euāgelio. d. In principio etc. vbi sunt aliqua consideranda.

Primum principale.

Circa primum, vbi agitur de eterna emanatione: cum dicitur. In prin° &c: ibi occurrunt sex conclusiones.

c Irca tertiũ principale: vbi determiat de adoptiuoz vtilitate: cũ dicit. Qm autez estis filij. vbi nota: q grã adoptiõis qtuor effectus opatur i nobis. ¶ Primus est filiatio spũalis. Nã cuz filij sit imitari prez dicimur filij: qr grã adoptionis facit nos imitari patrẽ xpz. Et sũt duo gnã filioz.s. peñitentes z innocẽtes. Penitẽtes.n. sunt filij: qr imitãtes xpz carnẽ suam crucifigunt cũ vitijs z concupiscẽtijs. In cuius rei testimoniũ: in trãsfiguratiõe: que figat pniaz aiam transfigurantem. Audita est vox pris.s. Hic est fili9 meus dilectus zc. Innocẽtes etiaz sunt filij: qr pdestiati sunt ad vitã eternã. vnde 1a. Johis.5°. dicitur. Qui ex deo est natus: nõ peccat: qr generatio dei cõseruat euz: vt non peccet: vñ dicit. Qm aũt estis filij dei.s.p gratiam adoptiõis. ¶ Secũdus effectus est pfectio vite moralis. Hic aũt meretur fieri habitaculũ spũs sancti: q est donũ dei pciosissimi. Et ideo diligenter ẽ obseruabile. Seruatur.n.bene viuẽdo. Perditur aũt peccando. vñ dicit eph.5. Unicuiq vestz data est gratia.i. fm glosaz spũs sancti. Et seqtur. Nolite contristari spm sanctuz. glosa id est p mala opera a vobis fugare. vñ Aug. dicit. Ut.n. pbaremur adoptati esse a deo in filios dei: spiritum suũ dedit nobis: q signum patris ostendit in filios. vnde dicit. Misit ds spirituz filij sui in corda nostra.s. vt spiritualr viuentes eius morali vite cõformaremur. vnde Ro.8°. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nro: q filij dei sumus. ¶ Tertiũ ẽ cordialis intẽtionis affectio ad deum: ita vt despectis corruptibilibus z caducis: desiderio sursũ feramur in deum. Nã intendere est idez q in aliud tẽdere. Et ideo bona intentio est que ordinatur debite referẽdo ea que sunt ad finez in ipsum: z hoc per potentiam libere operantez.

Nec aũt potentia eſt libeꝝ arbitriuꝫ: ad qđ cõcurrit intellectus vt iudicans. Et voluntas vt eligens. Et ideo hec intẽtio dicitur pura ꝯtra ſimulationẽ ypocriſis. vnde pſal. Deus deuſ meus ad te de luce vigilo. Ad te inqt: non ad luctuꝫ: vel ad hominũ laudẽ. vñ intentio pura ſm Ber. Eſt vt in omni actiõe tua: aut honorem dei: aut vtilitatẽ ꝓximi pretendas: q̃ deſignatur ꝑ clamoreꝫ. vñ dicit. Clamantẽ Abba pater. i. q facit nos clamãtes deſiderio qđ nunq̃ȝ preſumeremus: niſi ſpũs doceret. vñ Iheronymus. Clamor in ſcripturis non magne vocis emiſſio: ſed intẽtionis magnitudo deſignatur. Pſal. Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe ⁊c. ¶ Quartum ẽ ſuilitatis peccati exclusio: difficilis proꝛſus res eſt: ⁊ ſoli diuine virtuti poſſibilis ſuſceptum ſemel peccati iugũ a ceruicibus excutere: qm̃ q facit peccatuꝫ ſuus eſt peccati. nec eſt iã liberari: niſi in manu forti. Talẽ autem ſuilitateꝫ excludit gratia adoptiõis. Pniam ꝯſulẽdo: ⁊ ꝯtinentiã ingerendo: vnde dicit. Itaq̃ȝ iam non eſt ſeruus: vili ſuilitate peccati ſeruiẽs: ſed filius amore ſuiẽs. Iohis. 15. Iam nõ dicã vos ſuos: ſꝫ filios ꝑ patris imitationẽ ꝑ grãꝫ. Qđ ſi filius ⁊ heres erit in futuro: ⁊ h̓ per deuꝫ. i. per dei miſicordiam ⁊ operationem. Quã nobis ⁊c.

¶ Dñica infra octa. Sermo đ euãg°. 20.

Erãt maria

c ⁊ Ioſeph mirãtes ⁊c. Luce. 2°. Scđm quod dicit Bernar. Uenit. n. filius dei. Tot ⁊ tanta mirabilia in mũdo operatus eſt: vt non immerito ĩtellectum noſtrum ab oibus rebus mundanis euocauerit: vt ſemper cogitemus: q̄ mirabilia fecit. ſ. qualiter rex dñs ꝑ̃uenit nos: venerit ad nos: ſubuenerit nobis. Et voluerit mori ꝓ nobis: vt viueremus: ſeruire: vt regnaremus. Exulare: vt repatriaremuſ: ⁊ vſq̃ȝ ad ſeruiliſſima opera inclinari: vt ꝯſtitueret nos ſuper oia opera ſua. vnde ſi cõuertamur ad xp̄m erit qui auferet velamen de cordibus: Intellectum illuminet: ⁊ affectuꝫ inflãmet. Sed q̄ hoc fit per propoſitum ſancte voluntatis: ideo euangeliſta in hoc euangelio quatuor ponit aduertenda.

Primum principale.

c Circa primum: vbi proponitur nobis mirabilium xp̄i intellectualis ſpeculatio: cum dicitur. Erant Maria ⁊ Ioſeph: vbi ſunt quinque concluſiones.

¶ Prima ꝯclõ eſt: q̄ conueniens eſt homini agere ꝓpter finem. Nam actiones que ab homine aguntur: ille ſolum ꝓprie dicũtur humane: que ſunt ꝓprie hominis: inquãtum eſt homo. Differt aũt homo ab alijs aialibus in hoc q̄ eſt ſuoꝝ actuum dominus. vnde ille ſolum actiones vocantur humane quaꝝ eſt domin9. Eſt aũt homo dominus ſuoꝝ actuũ per rationem ⁊ voluntatẽ. vnde libeꝝ arbitriuꝫ dicitur eſſe facultas rationis ⁊ voluntatis. Ille ergo actiões ꝓprie humane dicuntur: q̃ ex voluntate deliberatiua ꝓcedunt. Si que aũt alie actiones homini ꝯueniant poſſunt qdem dici hoīs ſed non ꝓprie humane: cum nõ ſint hominis inquantum eſt homo: Manifeſtum eſt autem q̄ oẽs actiones que ꝓcedunt ab aliqua potẽtia cauſantur ab ea ſm rationẽ ſui obiecti. Obiectum aũt volũtatis eſt finis ⁊ bonũ. vnde opꝫ q̄ oẽs actiones humane ſint ꝓpter fineꝫ. Ex quo ſequitur documentum: q̄ actus dicuntur humani inquantuꝫ ꝓcedũt a voluntate deliberatiua. Obiectum autem voluntatis eſt bonũ ⁊ finis. Et ideo ſequitur q̄ primuꝫ humanoꝝ actuum: inquantum ſunt humani ẽ finis ⁊ terminus eorundẽ. Nam illud ad quod terminatur actus humanus. i. quod voluntas intẽdit tanq̃ȝ finem: ſicut ⁊ in agentibus naturalibus forma generati eſt conformis forme generantis: ⁊ hoc intelligitur cuꝫ dicitur. Maria: que dicitur ratio diſcreta. Interpretatur eniꝫ ſtella mariſ. Et qd mare: niſi cor hominis? De quo Ihere. 17. Prauum eſt cor hominis: ⁊ inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Quid enim fluctus maris? Sunt autem diuerſi ⁊ mutabiles animi motus ⁊ appetituſ. Scopuli: in hoc mari ſunt conſenſus ad peccata: quibus anima illi dicitur cum peccato. Peccato conſentitur: ad quos ſcopulos declinandos lucet hec ſtella maris: id eſt radius rationis.

¶ Secũda ꝯclõ eſt: q̄ licet mens: ratio: intellectus ⁊ intelligẽtia ſint idem realiter: differũt tamen ratione. Nam mens eſt rõnale ⁊ itellectuale lumen: quo rationamur: intelligimus ⁊ ſapimus. Que ita facta eſt ad imaginem dei: vt nulla interpoſita natura ab ipſa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta eſt: quia eminet in anima preſtantior vis inter vires.

¶ Ratio est. Ea vis anime: que inter reruz corporearum naturas: formas: differentias: propria et accidentia percipit vt corporea: sed non extra corpora: nisi rone substatie. Abstra hit enim a corporibus: que fundatur in corpo ribus: non actione: sed consideratione. Intel lectus est ea vis anime: que inuisibilia pcipit: sicut angelos et demones. Intelligentia est ea vis anime: que imediate supponit deo. Cer nit itaqz summuz verum ipm et vere incomu tabile. Sic igitur anima sensu pcipit corpora: imaginatione: corporū similitudines: actione corporum naturas: intellectu spūm creatum. intelligentia spiritum increatum.

¶ Tertia oclo est: q ppositum bone vite licz sit effectiue a spiritu sancto: concipitur tamen a discreta ratione dispositiue: que est liberz arbi trium. ¶ Ratio est. Habere ex hoc enīz libe rum arbitrium dicimur: q possumus vnum recipere alio recusato: qd est eligere. Et ideo naturā liberi arbitrij ex electione considerare oportet. Ad electionem aūt concurrit aliqd ex parte cognitiue virtutis: et aliquid ex pte appe titiue. Ex parte cognitiue requiritur consiliū p quod diiudicatur: quid alteri sit pferendum Ex pte aūt appetitiue requirit q apphendēdo acceptetur id: quod p consilium diiudicatur. Et ideo. 3°. ethi. liberz arbitrium vocatur de siderium consiliabile: qz pprium obiectum ele ctionis est id: quod est ad finem. Hoc autem inquantum huiusmodi: habet rationem boni quod dicitur vtile. Patet q cum bonum sit obiectum appetitus: q talis conceptio bone vi te sit a ratione discreta eligente dispositiue: sz a spiritu sancto effectiue. vnde bene dicitur: q Maria mater fuit iesu. Que dicitur ratio dis creta. Nam sicut Maria ihm: sic ratio discre ta concipit per ppositum sanctitatis p affectuz in voluntate: et per effectum parit illud in bo na conuersatione. Concipit autem de spiritu sancto: quia ipsum bonum ppositum a gratia dei: est effectiue: que dat velle et pficere.

¶ Quarta conclusio est: q oportet q hec vi ta sanctitatis per veram humilitatem custodia tur: quia fm Augustinuz humilitas est ex in tuitu pprie conditionis: et sui conditoris vo luntaria mentis inclinatio in suo: imo ordina bili ad suum conditorem. ¶ Causa huius in clinationis est duplex. Una est intuitus pro prie conditionis. Michee. 6. Humiliatio tua in medio tui. Alia causa est intuitus condito ris: in quo nullus est defectus. vnde in spati one eius magis apparēt defect⁹ nostri. vnde Greg. Sepe iustitia nostra diuino ex animo et iustitie deducata. Iniustitia est: et sordet in discretione iudicis: q fulget in estimatōe ope rantis. Talis. n. custos est sctitatis. vñ Aug. Nisi humilitas oia quecūqz benefacimus pre cesserit: otinuata cōsecutaqz fuerit: totum au fert supbia. Hoc aūt p Ioseph: qui fuit nutri cius et custos ihu significat: qz nunqz ad cōsu mationem puenit ppositum scitatis: nisi il lud et custodiat virtus humilitatis.

¶ Quinta oclo est: q qz vita sancta est meri toria: qz deo accepta: et ratione acceptatōis ma xime est remuneratiua: id stupescit rō: mens otremiscit ineffabilitatem remunerationis. ¶ Ratio est. Nam quotienscūqz transcendē tium reruz notitia in memoriā venerit: totiēs renouat in mēte miraculū. Cum igit vite btē remuneratio sit trāscendens humanā faculta tem: stupescere facit humanā mentez. Et hō est q dicit: Mirabant sup hijs: q dicebantur de ihu. i. de pposito sctitatis. Cui magna et inef fabilia pmittunt. s. qd oculus nō vidit. Tanta sunt ista: q vix aliqs ad ea audet aspirare: et tñ q credit: q expectat: nō sufficit admirari: cum cogitat p eo: qd tam modicū est: quasi ppe ni hil: tanta expectant eterna p transitorijs: cele stia p terrenis: imensa p minimis. Stupet ra tio sup hijs: que cernit: otremiscit oscientia su per hijs: que sentit. vnde lz in foro oscientie in terna fama pie gaudio et cogitatōibus garriē tibus ista dispgit: tamen in foro mentis certi tudo spei fama dispgit. Qd ita remunerabit deus ea: que p hoiem facit: acsi hō ex se ea ha beret: qcunqz ipse facit: q spes pmittit paup tati regnū celoz. ¶ Quid mirz igit si maria et Ioseph mirant de hijs: cuz etiā maiora sint hec: et maiora sentient cum hēbunt: qz sit coz fama: et aliqñ dictura est aia: q maiora sunt qz que audiuimus.

Scdm pncipale.

c Irca scdm vbi pponitur nobis ad consequendaz vite pfectionem debi bita dispositio: cum dicit. Et benedi xit eis Symeon. Ubi nota q ad hanc disposi tionem quatuor requirunt. ¶ Primū est diz uina assistentia: que iustum vsqz in finem nō derelinqt. Hec intelligitur per benedictionē cum dicit. Et bñdixit eis Symeon. Nā diua benedictio nihil aliud est: qz qdam singlaris

⁊ gratiosa adoptio in filium regis ⁊ eterne he/
reditatis. Sicut.n.antiqui patres solebāt be/
nedicere filios.s.ad habenda bona tēporalia:
pꝫ de Ysaac: Gen̄.27. Sic deus pater bene
dixit filios gratie in bonis spiritualibus ꝑ gra
tiam eis assistendo. vnde ephe.ꝑ. Benedixit
nos omni benedictiōe spirituali in celestibus.
Symeon interꝑtatur visitatio: que cuꝫ cui se
infundit obedientē facit: q2 sine ipsa nihil bo/
ni possumus. Phi.4. Gr̄a opatur in nobis
velle ⁊ pficere. ¶ Scd'ꝫ est sui ipsius ꝯsidera
tio. Nā valde necessariū est: vt merita magna
boni viri interna gratie visitatio promoueat.
Qd tunc fit: cū ratio ꝑ gratiaꝫ eruditur: ne de
ꝓposito sanctitatis qd cōcepit in affectu: pepit
in effectu: inaniter extollatur. Bonū.n.quod
humiliter fit: erigit ꝓpositū ad culmē virtutis
Arrogantia vero ꝑcipitat in foueā criminis.
Et ideo necesse est: vt de hoc ipsa grā rationeꝫ
querat. Vt sic bonoꝝ suoꝝ ruinā cauere pos/
set. vnde dr̄. Ecce positus est hic in ruinā ⁊c.
Israel dicitur vir videns deū: qui est hic viri
lis animus: q nunc videt deuꝫ ꝑ speculū. Hu
ic exercitiū boni opis occasio est: vt d bono de
terius ruat ꝑ elationē: vel ēt de bono in meli⁹
ꝑ humilitateꝫ ꝯsurgat. Supbia.n.ruina est ꝑ
occasionē. Hanc aūt ruinā phariseus videba
tur hr̄e dicens. Ieiuno bis in sabbato. Pu/
blicanus.n. habuit Iesum in resurrectione:
De⁹ ꝓpicius esto mihi peccatori. Caueāt er/
go qui Iesuꝫ hn̄t: ne habeant ipꝫ in ruinam.
vnde Ber. Nisi.n.sup humilitatem funda/
mentū stabiliatur spirituale: minime stare pōt
hedificiuꝫ. ¶ Tertiū est laudis humane decli
natio. Ipsa nāqꝫ humana laus euacuat omne
meritum virtutuꝫ. vnde Greg. Cōpellor di
cere: vt bona que agitis: cū magna cautella ti/
meatis: Et hoc est qd dicit. Et in signum cui
ꝯtradicetur. Nā intentiōis rectitudo: signuꝫ
est in qd ponitur iesus. Demōstrans q̄ꝫ fru/
ctuosum ⁊ salubre est nobis bonum qd exerce
mus: si illud ea intētione agimus: vt solius in
terni inspectoris oculo placeamus. Sic econ/
tra de illis qui agunt: vt ab hoibus videantur
Matth.6°. Solis.n.illis visio premium erit
in retributioneꝫ: quibus amor eius solus: cau
sa fuit in actiōe. Sed huic signo ꝯtradicunt q
laudē ⁊ gloriaꝫ querūt. ¶ Quartuꝫ est sancti
desiderij feruens affectio: vbi nota f'ꝫ Ihero
nimuꝫ: Qd sicut duo sunt fontes in radice ly/
bani: a quo Iordanis iste fluit: qui contactu
mundissime carnis xp̄i ꝯsecratus est. Sic in
radice aie nostre sunt due potētie.s.intellectus
⁊ voluntas: a quibus sicut a fonte fluit vita cō
tēplatiua.⁊ terminaᵲ ad finē vltimuꝫ.s.deuꝫ.
Qd pꝫ: q2 ꝑ potentias illas possumus deum
ꝯtingere ꝑ quas facti sumus ad imagineꝫ dei
fm Aug.⁊c. Opposito tn̄ modo actus istarū
virtuꝫ ꝑtinent ad ꝯtemplationem: q2 videlicet
cognitio mouetur a rebus ad animam: ⁊ dile
ctio ab anima ad res ipsas. Ideo in actu con
tēplationis quo ad notitiā: deus descendit ad
nos ꝑ ꝯsiderationeꝫ: ⁊ nos ad ipsuꝫ ascēdem⁹
ꝑ dilectionem ⁊ desideriū eternoꝝ: vt etiāꝫ pꝫ
in mysterio incarnatiōis fm Leonem papam
di. Dei ad infima inclinatio: fuit hoīs ad sum
ma ꝓuectio: ꝑ hoc q̄ in diuina persona fuit as
sumpta humana natura. Ideo dicit saluator.
Ignem veni mittere in terraꝫ. Sicut enīꝫ res
ignita sursum fertur: ita aīa caritate inflamma
ta sursuꝫ agittaur. Et hoc est qd dicit. Et tuaꝫ
ipsius aīam ꝑtransibit gladius ⁊c. Gladius
Iesu est sancti desiderij feruor ⁊ acumen.s.in
cauendo malū.⁊ in exercēdo bonuꝫ. Hic per
trāsit aīam Marie. dū interna penetrat ratio
nis. Vt reuelentur ex multis cordibus cogita
tiones. Nec i nobis agi nōnunqꝫ sentim⁹. Vt
cum aliqd pertinens ad sanctitatem aggredi ꝓ
ponimus ⁊ effectū mancipare ardēter deside/
ramus. Ipse motus internus ratiōis: cuius ē
bona ꝯcipere: parturire: disponere: ⁊ modera
ri acumine feruidi desiderij: quasi gladio vul/
neratur. Vnde estuante corde multe sollicitu
dines diuerse ꝓuidentie ꝓducuntur. Vt qd
ardenter fieri desideratur: deuote exequatur:
pseueranter teneaᵲ. ꝑ quod fit: vt ea que solēt
interuenire impedimenta caueantur. Vt.s.ni
hil humani fauoris: sꝫ intuitu soli⁹ eterne re/
tributionis exerceatur. Et hoc est gladium Ie
su animaꝫ Marie pertransire: vt ipse ei⁹ aīaꝫ
pertranseunte reuelentur ex multis cordibus
cogitationes.

Tertium principale.

c Irca tertium: vbi ostēditur vite per
fecte ꝯsecutio: cū dic̄. Et erat Anna
prophetissa: vbi nota q̄ ad ꝯsequen/
dam pfectioneꝫ vite sex reqrūtur. ¶ Primuꝫ
est lumen supnaturale. Nam ꝑ hoc aīa eleuaᵲ
ad actum beatificum. Ratio est. Nihil potest
exire in operationem transcendentē actionem
sue nature: nisi prius eius virtus fortificetur:
sicut dyaphonum non potest illuminare: nisi

actu recipiat lumen. Sed vita ɔtēplatiua eſt
actio trāſcendens facultatē nr̄az. Ergo neceſ
ſarium eſt nobis oriri lumen glīe ad huiuſmo
di opationem ɔſequendā. Intelligendū tamē
ꝙ deus eſt cā vniuerſalis illuminationis: ſic̄
ſol. Aliter tamen. Nam ſol agit ꝑ neceſſitatez
nature. Deus aūt volūtarie ꝑ ordinem ſue ſa
pientie. Licet aūt ſol q̄ztum eſt de ſe: oia corpo
ra illuminat: ſi tamen aliquod impedimentuz
inueniat in corpore: relinqt illud tenebroſum.
Sic deus nō opponenti obſtaculuz: infundit
gratiā ⁊ ꝑficit intellectum dono ſapie: ⁊ affe/
ctum emollit igne caritatis. Et h̄ eſt ꝙ dicit.
Et erat Anna prophetiſſa. Anna ḡ eſt huiuſ
modi aia: que in vacuum gratiā dei nō recipit
cauta ſibi ꝑ ſanctitatez ɔuerſationis. Vtilis ꝓ
ximo per opationez fraterne caritatis: pia deo
ꝑ rectitudinē intentionis. Dicit̄ etiā ꝓphetiſ
ſa: vt videat in lumine gratie mala p̄terita: q̄
ɔpungant ad dolorē: videat futura: que inſi/
ſtant tēptando: vt ɔcutiat̄ ad timorē: videat p̄
ſentia. ſ. infirmitatē: vt excitetur ad cautellaz.
¶ Scd̄m eſt p̄ſumptio bone ſpei. Hec enim
ſm magr̄z ſniaꝝ eſt certa expectatio future be
atitudinis: veniēs ex dei gratia: ⁊ ex meritis
precedentibus. ¶ Et nota vbi eſt expectatio
ſpei: ibi duo ſunt. ſ. intentio animi ad futuraz
glīam: ⁊ ꝑmanentia in loco ſpūali: que deus ē
Iohis. 15. Manete in me: ⁊ ego in vobis.
Ex quo elicit̄: ꝙ ſpes efficit in nobis ſecurita/
tem. Pſal. In deo ſperaui: nō timebo qd faci
at mihi hō. Securus eſt ſperās in domino.
Protector eniz eſt dominus oīum ſperantiū
in ſe. Et ideo dicit̄. Filia Phanuel: que inter
pretat̄ facies dei: q illic hȝ p̄rem: q teſte Iac. i.
voluntarie genuit nos verbo: qđ eſt facies dī
patris. Matth. 19. Anguli eoꝝ ſemꝑ vident
faciem patris. Filius dicitur facies patris.
Pſal. Vſquequo auertis faciez tuaz a me: id
eſt differs filiū tuum mittere de tribu Aſſer: q
interpretat̄ btūs: q2 ad numeꝝ illoꝝ pertinet:
quos elegit deus. Hos ꝑ ſuam beniuolentiā
vocauit ad rectā fidem: iuſtificauit ꝑ ſuā inha
bitationē ſempiternā. ¶ Tertiuz eſt habitus
virtutum. Nam opa meritoria vite ꝑfecte nō
poſſunt ꝑfici ab hoīe: niſi per virtutes: quib9
ſicut qbuſdaz hitibus exitur in opa virtuoſa.
Ideo deus ɔferendo gratiam: cāt virtutes in
anima: quibus opera meritoria ꝑficiantur.
¶ Intelligendū tamen ꝙ in virtute duo notā
tur. ſ. habitus virtutis ⁊ cauſa eius. Actus au

em peccati ſi conſideratur: vt comparatur ad
virtutem: prout eſt habitus quidam: non po/
teſt eam expellere: ſi ſit vnus tm̄: ſicut non ge
neratur habitus per vnum actum: ita nec per
vnum actum expellitur. Sed q2 habitus vir
tutuz eſt de difficili mobilis: maxime requirit
ad vite perfectionē. Et hoc eſt ꝙ dicit. Et hec
proceſſit in diebus multis. i. virtutibus. vn/
de de ſanctis patribus dicitur: ꝙ mortui ſunt
pleni dierum: vt de Abraham geneſis. 25°.
¶ Quartum eſt delectatio ſpiritualis: q2 dele
ctatio eſt conuenientis cum cōuenienti coniū/
ctio. Deus autem maxime conuenit anime:
vtpote ad imaginem eius facte: q2 ſm Augm
Ideo anima imago dei eſt: quia ipſius capax
⁊ particeps eſſe pōt. Et hoc maxime fit: quan
do potentie eius ſcilicet voluntas amando: ⁊
intellectus cognoſcendo: ſtant ɔuerſe ad deū
Et ideo non eſt plena delectatio: niſi in perfe
cta coniunctione potentiaꝝ anime ad deuz: ſi
cut eſt in patria. Et ideo dicit Aug. ꝙ omniſ
delectatio: mundana amaritudine temperata
eſt: vt ſciatur ꝙ non eſt vera delectatio: niſi cū
deo. vnde ſcribitur in libro de anima ⁊ ſpiri/
tu. Propterea enim deus homo factus eſt:
vt totum hominem in ſe beatificaret: ⁊ tota ho
minis conuerſio eſſet ad ipſum: ⁊ tota delecta
tio eſſet in illo cum aſſenſu carnis videretur ꝑ
carnem: ⁊ aſſenſu mentis per diuinitatis con
templationez. Hoc erat totum bonum homi
nis: vt ſiue ingrederetur: ſiue egrederet̄: pa/
ſcua in factore ſuo inueniret. Paſcua foris in
carne ſaluatoriſ: paſcua intus in diuinitate cre
atoris. Et hoc eſt qđ dicit. Et vixerat cum vi/
ro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua. Vide/
tis q̄z breue tempus quo cum viro deguit: re/
ſpectu illius temporis: quo viduata manſit:
Modicum enim videtur anime ſpirituali tē/
pus: quo iocundis amplexibus delectata: cuz
viro ſuo viuit. Sed non modicū: quando eo
ſubtracto admodum vidue ſuſpirat ⁊ gemit.
Septem annis vixit cum viro ſuo: vſqꝫ. 84.
in viduitate manſit. Septenarius numerus
ſignat ſabbatum mentis: quo fruitur anima:
dum eſt cuz viro ſuo. Interne iocōditatis gau
dium in vnitate ſpirituali cōſiderans: qua vi
ro coniungitur: quia adheret deo: vnus ſpūs
eſt. Prima corinthiorum. 6. Que etiā octua/
gintaquatuor annis in viduitate permanet.
Denarius per ſeptez ductus reddit. 70. Si
autem ſeptenarius per binarium ⁊ predictis

addatur vsq3 ad .84. peruenitur. Denarius ad decem mandata: ⁊ septenarius ad septē spiritus sancti dona. Binarius ad geminam dilectionem dei ⁊ proximi pertinet. ¶ Quid est ergo .84. annis in viduitate: nisi ꝙ anima quidem ad tp̄s destituta: ardenter desiderat sponsum suum absentē: ⁊ ex eius desiderio ꝑ gratiam sancti spiritus: qua nō caret ad bona opa christi: seruat mādata: ⁊ in dilectione gemina in se gratiaꝫ sancti spiritus manifestat. Quid est ergo .84. annis in viduitate: nisi duꝫ spōsus abest: quantum ad iocunditatem actionis sancte per gratiam septiformem in predictis se exercet. Plerunq3 anima ab ea qua delectabatur gratia: destituitur ad tp̄s. Quod adeo fit non tam dissipatorie: q3 dispensatorie. Adeo enim ad tempus deseritur: vt defectuꝫ suum sentiens humiliter: ⁊ deus ardētius desideretur. Manet itaq3 .s. cum aīa in obseruatione legis ⁊ dilectōis ad sctām actionē. ⁊ tn̄ se ad tp̄s subtrahit: q3tuꝫ ad robur: cui innitebat ad formationē: ⁊ q̊ fruebat quo ad iocūditateꝫ ¶ Quintum quod ad ꝯsequendam perfectionem vite requiritur etiā mundicia mentis ⁊ corporis. Et ideo dicit a virginitate sua. De mūdicia mentis pꝫ. Nam virgo nō hꝫ in memoria quo ꝯfundatur eius ꝯsciētia: sicut illa que expta est carnis voluptatē. Non. n. titillatur cor virginis memoria ex pte turpitudinis: nec in proposito experiendo: eo ꝙ virginitas ſm Augm̄ est in carne corruptibili: incorruptiōis ppetue meditatio. ¶ De mūdicia corporis pꝫ Nam angli ⁊ si abundāt delectationib⁹ spūalibus: inexptes tamē sunt delectationū sensibilium. Ideo igit in virginibus est humanitas angelica: q2 virgines sunt inexptes delectationum carnaliū: vt abundent delectationib⁹ spiritualibus. ¶ Cuꝫ igit ꝓprium sit anglice nē nō posse carnales: sed spūales delectatiōes experiri: necesse est vt angli amore nāli plus diligant virgines. vnde dr̄. A virginitate: q̄ .s. est ꝑmūdicia mētis ⁊ corporis. ¶ Et nota ꝙ q virginitatē seruare voluerit: necesse hꝫ mortificare mēbra ieiunijs ⁊ vigilijs. ¶ Item obligatione voti: q est supior gradus. ¶ Item pseuerantia mentis. vnde dicit ꝙ erat ieiunijs ⁊ obsecrationibus seruiēs deo nocte ⁊ die. q. d. q2 puritati mentis ⁊ corporis intendit: sicut dicitur ꝑ corin .7. vt sit sctā corpore ⁊ spiritu. Per ieiunia aūt accipitur mortificatio carnis Per obsequm deuotio mentis. Per h̄ autē ꝙ dicitur. Nocte ⁊ die: pseuerantia mētis intelligit. ¶ Sextus est huius vite regulatio. Nam ſm Dionysiuꝫ de diuinis no. Diuina scriptura est lumen ⁊ regula: qua debet vita contemplatiua regulari. In hac autem sunt quatuor actus essentialiter ordinati. Quorum primus actus diuine reuelationis est: quo reuelantur necessaria ad salutem. Et q2 templū est locus doctrine ⁊ reuelationis: ⁊ quia iesus erat docens in tēplo: bene dicitur. Que non decedebat de tēplo ⁊c. ¶ Secundus est actus humane meditationis: quo glibet fidelis meditatur in diuina scriptura. Et ideo dicit. Et hec ipsa hora supueniens. ¶ Hec hora est tēpus optimum meditationi. Nam de saluatore meditāti: occurrit materia sufficiens: q2 ſm Ber. Videbis letitiā tristari: pauere fiduciā salutem pati: vitam mori: virtutem sustentari Et qd̄ maius mirabile est: ibi cernit tristitia letificans: pauor confortans: passio saluans: mors viuificans: infirmitas roborans.

¶ Terti⁹ est benigne coicationis: qua homo id quod nouit de scripturis: ꝯmunicat alijs p̄dicādo. vnde psal. Loquebar de testimonijs ⁊c. Et ideo dicitur. Et loquebat de illo oibus qui expectabant redemptionē isrl. ¶ Quart⁹ est deuote laudis ꝯfessio. vnde dicitur. Confitebatur dn̄o. Nam si fructuosam atq3 pfectā volueris deo offerre ꝯfessionem: oꝫ vt eaꝫ ad deum offeras duplicē: laudando illum: accusando te. Illum vt iustum ⁊ beneficū. Te aūt vt pctōrem: ⁊ ad eius beneficia semꝑ ingratū vnde Ber. Confiteamur aūt dn̄o gemina cōfessione: vt duplicibus vestiamur. i. ꝯfessione pctōꝝ nr̄oruꝫ: ⁊ ꝯfessione laudis diue. Tunc enim veri ꝯfessores eritis: si ois vita vr̄a confiteatur vos pctōres ⁊ dignos multis maioribus penis. Deum vero summū bonuꝫ: q pro hijs leuibus ⁊ trāsitorijs eterna cōdonat supplicia: que meruistis.

Quartum p̄ncipale.

Circa quartū vbi ponit meriti condigni debita remuneratio: cum dicit. Et vt pfe. oia. vbi sunt tres ꝯclōes ¶ Prima ꝯclo est: ꝙ lex mosayca vitam ꝯtēplatiuam ad meritum disponebat. Nam lex mosayca est quedam regula actuum humanorum: concupiscentiam restringens: ⁊ peccatū prohibens pene appositione. Insufficiens tn̄ ⁊ impfecta: quia totaliter non facit hoiem idoneum ad participationem felicitatis eterne.

Hoc.n.soluz fit per gratiā spiritus sancti: q̄ le
gem adimplet. Hanc gratiā lex vetus confer
re nō potuit: sed hec reseruat xp̄o. Johis p̊.
Lex p Moysem data est: gratia ⁊ virtus p ie
sum christū facta est. Et lꝫ lex vetus operabat
aliqd ad h: vt pueniatur ad finem: nō tamen
sufficit. Et ideo dicit. Et vt perfecerūt omnia
ꝺm legem Moysi.

Scḋa ꝯclo est: q₂ ꝙ lex vetus vt dictū est:
est insufficiēs ad pfectionem meriti: oꝫ vt lex
euāgelica supaddatur. Est.n.lex euāgelica q̄
dam regula ⁊ mēsura actuum humanoꝝ: da/
ta ⁊ diuinitus reuelata: que totalr̄ fecit hoiem
idoneum: iustificādo eum ad pticipationē feli
citatis eterne. Et h p gratiam spūs sancti sibi
assistentē. vnde apl's. Non.n.erubesco euan
gelium. Uirtus enim dei in salutē omni cre/
denti. Et h est ꝙ dicit. Reuersi sunt in galile
am ciuitatem Nazareth. Galilea interpretat
trāsmigratio de merito virtuū ad eterne gl'ie
remunerationeꝫ: vel de merito bone actionis
ad gratiā ꝯtēplationis: cognitionis ⁊ reuelati
onis. In ciuitatē Nazareth: vt etiā exemplo
bone fame florescat apud omnes.

Tertia ꝯclo est: ꝙ pseuerantibus in ista vi
ta quatuor ꝯferunt p̄uilegia. Primum est
inchoata felicitas: q₂ sicut docet Diony. illi q
in hac vita sunt ꝯtēplatiui: sunt illius felicitatꝭ
iam pticipes effecti. Isti.n.iam gustauerunt
virtutē futuri seculi: ꝺm apl'm: habentes ꝯuer
sationem in celis: q₂ istoꝝ delectatōes sunt cir
ca celestia. vnde dicit. Puer.i.innocēs ꝯtem
platiuus. Crescebat.s.inchoatiōe felicitatis.

Secundū est pfecta securitas: q₂ isti qui in
diuinis ꝯtēplationibus sunt intenti. sunt ita p
fectis defectibus accēsi: vt timores nocturnos
nō curent: q₂ pfecta caritas foras mittit timorē
Qui.n.timet: nō est pfectus in caritate. vnde
dicit. Et confortabatur.s.diuina caritate.

Tertium est pacata trāqllitas: quam in ip̄o
diuina sapia opatur: q₂ tales p exercitium ta/
lium hēnt virtutes supiores ita habituatas vir
tutibus: q tenent totalr̄ subiugatas vires infe
riores. Sicut nobiles in ciuitate q̄to sunt sa
pientiores: tanto melius habent sibi coēm po
pulum subiectū. vnde apl's. Si spiritu facta
carnis mortificaueritis: viuetis. vnde dicitur
Plenus sapia: que inferiora regenda discer/
nantur. Quartū est pmpta facilitas ad vir
tutes. Hanc causat in eo gratia aspera alleui
ando. Gratia.n.nihil difficile abhorret pro
christo sustinere. vnde apl's. Omnia possum
in gratia: que me confortat. Ideo dicit. Gra/
tia dei erat in illo ⁊c.

In octaua natiuitatis. In die circoncisio/
nis. Sermo vigesimus primus.

P Ostquā ꝯsu
mati sunt dies octo: vt cir/
cōcideret puer ⁊c. Luc.2.
Cuꝫ incarnatio filij dei sū
me fuit nobis necessaria:
ideo maxime fuit homini
cognoscenda: vt affectus hois ad ip̄m dirige/
retur: q₂ ꝺm Aug[m] amare reꝫ ignotā nullus
pōt. Et ideo dispēsatione diuine ꝓuidentie fa
ctum est: vt res singule singl'is noibus distin
guerentur: qbus hō haberet notitias singulo
rum: q₂ noia habent ꝓprietates exprimere.
Et ideo ꝯgruum fuit filium dei singulari no/
mine noiari: vt cognosceret: ⁊ cognit⁹ huma/
nus affectus ad eum inflāmaretur: vt dicat.
Postq̄ꝫ ⁊c. vbi p̊ ꝓponit nobis vt humilis:
qḋ ꝓbat cauterij sceleris ipressio: ibi. Postq̄ꝫ
Scḋo ꝓponit nobis vt cognit⁹. qḋ innuit
nois ipositio: ibi. Uocatū est nomē eius ihs.
Circa totum in vl'i sunt due ꝯsiderationes
Prima est de eius circōcisione. Secū/
da est de tpis eius applicatione. Circa pri
mam sunt quinque conclusiones.

Prima est ꝙ circōcisio deleuit pctūm ori/
ginale ⁊ actuale in puulis ⁊ adultis: sicut nūc
facit baptismus: excepto ꝙ paradisi ianuā nō
introibant: sed in sinu Abrahe qescebant. Fe
mine adulte saluabant per opationem bonam
sed puule in fide parentum.

Secunda ꝯclo est: ꝙ circōcisio data fuit p̊
vt per obedientiā mādati Abraham placeret
deo: cui per p̄uaricationē Adam displicuerat
Secundo in signū magne fidei Abrahe:
q credidit se habituꝝ filium: in quo esset bene
dictio oium hoium. Tertio vt ille pplus a
ceteris nationibus distingueretur h signo.

Tertia ꝯclo est: ꝙ circōcisio est mutata per
baptismū: q₂ baptismus est magis cois ⁊ pfe
ctior. ⁊ lꝫ in circōcisione pctūm deletur: tamen
gratia nō ꝯferebat: nec virtutes: nec virtutis
augmentū: vt in baptismo. Et nota ꝙ tri/
plex est remedium ꝯtra originale peccatum.
Primum fuit in statu nature.s.fides pa/

rentum in paruulis: ꝛ virtus sacrificiorum in
adultis: vt dicit Grego. ¶ Scđm in statu le
gis scripte fuit ipsa circūcisio. ¶ Tertiū in sta
tu gratie baptismus.
¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ xp̄s voluit circoncidi.
¶ Primo: vt oēm materiam erroris tolleret
Ratio est: qꝛ aliq dicturi erāt ipsum celestē car
nem vel fantasticā attulisse. vnde in circoncisi
one fuit ꝓbatio vere carnis: per ꝓprij sanguis
emissionē: vbi sumit documentum: ꝙ statim
ostēdit xp̄s hoiem redimendum per ve natu/
re humane passionem. Et h̄ ꝓpositum passio
nis ostendit primo in circuncisione. ¶ Scđa
ratio est: vt subi,ciendo se legi: nobis exēpluꝫ
humilitatis p̄beret. Fuit. n. necessariū homini
vt legislator legi se subijceret: ne obſuantia le
gis homini ipossibilis videret. Ideo ēt legisla
tor duriora sustinuit: ꝛ nobis leuiora imposu/
it: qꝛ nō venit soluere legē: sꝫ adimplere. Ta/
men sciendū ꝙ nō subijciebat legi: q̄ datur ad
iustificatiōeꝫ: vt iustificaretur: qꝛ super naturā
ꝛ hominū ꝯsuetudinē cōceptus ꝛ natus. Etiā
ꝓpter hoc vēisse puer dicitur: qꝛ purus ab oi
ꝯtagione humana. Et ideo icepit ab humilita
te: que est fundamentū totius perfectionis: se
ipsum enim exinaniuit formam ſui accipiēs.
Quāta ergo erubescētia dꝫ ꝓfundi seruꝰ trās/
grediens: dum videt dominuꝫ legis: legē ser
uare. ¶ Tertia ratio ē: vt nos spiritualiter cir
concideremur. Est auteꝫ triplex circōcisio spi/
ritualis. ¶ Prima est circoncisio cordis: de
qua dicit glosa. Qui fidei puritatē in mente cu
stodit: corde circoncisus est. Ex quo pꝫ ꝙ cir/
concisio cordis fit per puritatem fidei. ꝛ amo/
tione cogitationum malaꝝ. vnde Aug. Cir/
concisio cordis est que purificat aiam ab imū/
dis cogitationibus: interiorisqꝫ hois maculas
abscidit: illicitam ꝯcupiscentiam amputando.
Ysa. p̄. Lauamini: mundi estote: auferte ma/
lum cogitationum ꝛc. ¶ Scđa est coꝝ: que fit
per resecationeꝫ verboꝝ inordinatoꝝ. ¶ Et
nota: ꝙ mala lingua ſm diuersitatem malitie
sue: diuersa mala opatur. ¶ Prima ligua ē
dissoluta: ꝛ hec generat turpes imaginatiōes
in corde. vnde eccli. 23. Indisciplīose loquel
le ne assuescat os tuum. Est. n. in illa verbum
peccati. ¶ Scđa est litigiosa: ꝛ hec extinguit
caritatē. Prouer. 10. Qui ꝓfert ꝯtumeliaꝫ in
sipiens est. ¶ Tertia est detractoria: ꝛ hec se
minat discordiam. ¶ Quarta est murmurās
ꝛ talis confundit paceꝫ. ¶ Quinta est secreta
reuelans: ꝛ talis prodit fideꝫ. Eccli. 27. Qui
denudat archana amici prodit fidē. ¶ Sexta
est iurans: ꝛ talis ꝓuocat ꝯtra se indignationē
dei. Eccli. 22. Iurationi nō assuescat os tuū:
multi enim casus in illa. ¶ Septima est lin/
gua iactans: que multiplicat iurgia. Prouer.
27. ¶ Octaua est dolosa falsi amici: ꝛ illa dis/
sipat fraternitateꝫ. ¶ Nona est seductoria: ꝛ
blanda. ¶ Decima est mēdax: q̄ occidit aiam
Sapientie. p̄. ¶ Undecima ē ligua duplex:
que ꝯturbat pacē habentes. Eccli. 28. Bilin
guis maledictꝰ mltos. n. turbauit paceꝫ hn̄tes
¶ Tertia circoncisio est carnaliuꝫ voluptatū.
Hec autem ꝯsistit in ꝯtinentia: que hꝫ regere
animū: quantuꝫ ad appetitū boni: ꝛ hec est du
plex. ¶ Una: que refrenat appetitū voluptatū
Et alia que refrenat appetitum diuitiarum.
De qbus Seneca: Hac mediocritatis linea
continentiam obſuabis: vt nec voluptati de/
ditꝰ: ꝓdigus: ꝛ luxuriosus appareas: nec aua
ra tenacitate sordescas. Hec eniꝫ voluptas est
circoncidenda: qꝛ multa mala facit. ¶ Pri/
mo: qꝛ corpori ē mortis occasio vel ifirmitatis
¶ Secundo: quia corpus spiritui facit con/
tumax. Bernar. Voluptas carni concupiscē
ti aduersus spiritum in adiutoriuꝫ fit. ¶ Ter
tio: sterilitatem bonoꝝ operum inducit. Ysa.
48. Nunc audi hec delicata: veniet tibi in die
fructificationis sterilitas. ¶ Quarto facit ho
minem incōpatientem: vt patet in diuite epu/
lone. ¶ Quinto: spiritualibus delicijs priuat
Bernar. Delicata est consolatio diuina: non
datur admittentibus aliena. ¶ Sexto in pe/
nam eternam ꝯmutat. Apoc. 19. Quantū glo
rificauit se ꝛ in delicijs fuit: tantuꝫ date illi tor/
mentum ꝛ luctum.
¶ Quinta ꝯclusio est: ꝙ xp̄s voluit circonci/
di octauo die propter duo. ¶ Primo: ſm do
ctrinam suam nos docens: ꝙ quilibet in prin/
cipio vite sue: debet a vitiosis circoncidi: ꝛ bo
nis moribus informari: qꝛ quod noua testa ca
pit: inueterata sapit. ¶ Secundo in signum:
ꝙ spiritualis circōcisio: debet fieri per octo vir
tutes: ſm Ber. ¶ Prima dies est iustitie: in
qua nascitur homo: quando sol iustitie ortus i
animo peccatorum illuminat tenebras. Hor
rendumqꝫ dei iudiciuꝫ internis obtutibus of/
fert: Addens ad terroris vinculum: breuem
dierum numerum: ꝛ finem incertū. Hec pla
ne vespera est: ad quam demorabitur fletus:
Et necesse est addi matutini letitiaꝫ: vt auditā

faciat nobis misericordiaz suaz. Sic.n.fit ve
spere ⁊ mane dies vnus. Est aũt dies ista: iu/
stitia: reddẽs vnicuiqʒ qd̾ suum est: nobis mi
seriam: deo misericordiã. In hac die puer na/
scitur. ❡ Scd̃a est dies prudẽtie. In hac die
prudentie eligat de p̃senti seculo necꝫ fugere.
dicens cum ꝓpheta. Odiui eccl̃iam malignã/
tium: ⁊ cuʒ impijs nõ sedebo. ❡ Sed nõduʒ
sufficit hoc. Forte.n. vult eligere solitudinem
non satis attẽdens ꝓpriam infirmitateʒ: ⁊ pi
culosam diaboli luctã. Quid.n. periculosius
q̃ʒ solum luctari cõtra antiqui hostis versutias
a quo videat: ⁊ queʒ videre nõ possit: Et ideo
necessaria est. ❡ Tertia dies que est fortitudi
nis: in hac die eligit ꝯgregationẽ: que pre for/
titudine terribilis est: vt castroꝝ acies ordina/
ta. Ueh aũt soli: q2 si ceciderit: nõ habet suble/
uantem se. Ideo ꝓpheta postq̃ʒ dixit. Odiui
eccliaʒ malignantiũ: addidit. Lauabo inter in
nocentes manus meas. ❡ Quarto illucescat
dies tempãtie: vt querat quõ reseruare pos/
set incõtinentes motus voluptatis: curiosita/
tes elationis. ❡ Quinto illucescat dies patiẽ
tie: per quam oia aspera ⁊ dura: tacita ample/
ctaris ꝯscientia. Et q2 occasione patientie tem
peratio supbie ĩpetit. Ideo necessarius est di/
es sextus.s. humilitatis ⁊ septimus dies.s. de
uotionis: in qua nihil est laboriosum: sed totũ
suaue. sed hec dies est paucoꝝ. ❡ Octaua di/
es est necessaria: que est discretio: que est ma/
ter virtutum: ⁊ pfectionis ꝯsumatio. In qua
circonciditur puer: vt non plus vel minus fi
at. Et q2 rara est: eius defectus suppleat virt⁹
obedientie: vt nõ plus: nec minus: nec aliť q̃
imperaẗ: faciatis. ❡ Nona dies est dies eter
na: in qua nomẽ christo imponitur salutis: q2
ibi existentibus salus opata in medio terre: ꝑ
fuit ad effectuʒ: q2 in obiecto beatifico sunt ple
ne satiati ⁊ qetati. ❡ Ratio est: q2 nihil põt vl/
timate qetare: nisi vbi ratio obiecti alicuius po
tentie inueniẗ in summo. Hoc autẽ est in solo
deo: in quo inueniẗ omnis ratio boni. Nam
nullus appetitus qetatur: donec sit totalr̃ satia
tus: cum ois apppetitus desideret ad satietatẽ
Sed nullum bonũ circa deum põt satiare nr̃ʒ
appetitum intellectiuũ: cum omni creato intel
lecto: intellectus possit aliquid maius cogitare
Ergo cor nostrum est inquietum: donec rege
scat in vltimo fine. vnde ꝓpheta. Melior est
dies vna in atrijs tuis: super milia. Sunt.n.

alie octo dies: qbus puer spũalis circonciditur.
❡ Prima dies est natiuitatis nature: que est
multum vitiosa: q2 nascimur filij ire. Erũno/
sa: q2 implicat ad miseriam. Job.15. Mulier
cum parit: tristitiam habet. Defectuosa: q2 in/
cluditur inopiã. Job.2. Nudus egressus sum.
Breuissima Job breui viuens tpe. Et ideo
rectissime ꝯparatur vmbre: fm illud psal. Di
es eius sicut vmbra declinauerunt. ❡ Primo
sic vmbra cito trãsit ⁊ euanescit: sic ⁊ vita nr̃a.
Job septimo. Dies mei velociter transierũt.
❡ Secundo: quia sicut vmbra retineri nõ po
test: sic nec que preterit hora: redire potest.
Ecclesiastici nono. Nemo est: qui semper vi/
uat: ⁊ qui huius rei habeat fiduciam.
❡ Tertio: quia sicut vmbre nullum vestigi/
um remanet: sic nec dierum. Prouerbioruʒ
30. Tria sunt mihi difficilia: ⁊ quartum peni/
tus ignoro: scilicet viam viri in adolescentia
sua: aut nauis que transit aquas: aut auis que
transuolat aera: aut viam colubri super petraʒ
quorum non est vestigiuʒ inuenire. ❡ Quar
to: sicut vmbra habet similitudinem corporis
⁊ non est corpus: sic ⁊ vita nostra non est vita
sed est similis vite. vnde Augustinus. Quid
est aliud viuere: q̃ de vita transire. ❡ Quin
to: quia sicut appropinquante hora noctis: ap/
paret vmbra longior: sic videẗ homini: q2 am
plius debeat viuere: fine eius appropinquan
te. Iheremie sexto. Veh vobis: quia de/
clinauit dies: ⁊ lõgiores sunt vmbre vespere.
❡ Sexto: quia sicut vmbre vane sunt: sic di/
es nostri sunt vanitas vanitatum.
❡ Secunda dies est dies mortis. Mortui re
cte sunt: quos mors consumit atqꝫ exterminat
donans totius coniuncti corruptionem. Hic
mors omnes comprehendit: vt dicitur secun/
da regum decimoquarto. Omnes morimur
⁊c. propter tria. ❡ Primo propter totalita/
tem: quia peccatum: quod fuit in primo paren
te: omnes incurrimus. ❡ Secundo propter
labilitatem. Nam festinanter ad morteʒ cur/
rimus: siue dormiamus: siue vigilemus.
❡ Tertio propter causalitatem: quia corpore
corruptibiles sumus ⁊ terra. Genesis deci
motertio. Sum puluis ⁊ cinis. Hec dies si/
ue mors est nobis propinquissima. Unde est
quasi prima passio: consequens totam natu/
ram specificam: ⁊ saltem naturam humanam
Crudelissima: quia nemini parcit: nec iusto:

nec peccatori. Audacissima: quia neminem
veretur. Ferocissima: quia totum consumit
incinerando vsque ad nihilum. Est fallacis/
sima: quia pmitit tibi longa spacia vite: et su/
bito te fallit. Est occultissima: quia de die eius
et hora scit nemo. Nihil enim incertius hora
mortis. vnde Augusti. Nihil certius morte:
nihil incertius hora mortis. Nescimus quo/
modo: quando: vbi moriamur: quoniã mors
vbiqz nos expectat. ¶ Tertia dies est spiritu
alis natiuitatis: que est regeneratio mentis in
deum per gratiam spũs sancti mundantem et
scificantem: et in bono cformantem. vnde de
ea exponit illud Johis p̊. Quotquot autez re
ceperunt euz dedit eis etc. ¶ Quarta dies est
consideratio mortis spiritualis: que est separa
tio anime a deo per peccatum: qm̃ paccator in
omnibus similis est mortuo. vnde videnduz
est quomodo ea que in terra mortua fuerunt:
in peccatore denotent. ¶ Moriturus enim
primo incipit infirmari. ¶ Scdo febricitare:
et estuare. ¶ Tertio clauditur os. ¶ Quar/
to claudũtur oculi et alij sensus nihil pcipiunt.
¶ Quinto separatur aia a corpore. ¶ Sexto
fit ponderosus. ¶ Septimo fit immobilis.
¶ Octauo non erubescit. ¶ Nono fetet.
¶ Decimo putrescit. ¶ Undecimo a vermi
bus corrodit. ¶ Duodecimo fit abhomina/
bilis. ¶ Decimotertio fit frigidus. ¶ Deci
moquarto cõtemnitur ab amicis. ¶ Decimo
qnto sudario inuoluit. ¶ Decimosexto in fe/
retro ponitur. ¶ Decimoseptimo fodit fouea
¶ Decimooctauo ad foueam portat. ¶ De
cimonono sepelitur. ¶ Vigesimo super eum
terra vel lapis ponitur. ¶ Modo simili pec/
cator infirmatur. ¶ Primo qñ incipit velle
cririum honestatis: et hoc est signuz spiritualis
mortis. vnde eccl'i. 22. Sapiens in sapientia
sua permanet: sicut sol. stultus vt luna mutat.
¶ Secũdo febricitat et quandoqz estuat: quia
in eo refrigescit caritas: et estuat desiderio pec
candi. ¶ Tertio claudit os a diabolo: ne con
fiteatur. Luce vndecimo. Erat Jesus eijciẽs
demonium etc. ¶ Quarto non videt per pe/
nitentie inconsiderationem. Ysaie quadrage/
simosecũdo. Quis cecus nisi qui venundatus
est peccato? ¶ Quinto separat ab anima vita
.i. d's cuius gratia habet eam viuificare. vn/
de opera eius sine gratia: mortua sunt.
¶ Sexto fit ponderosus per ignauiam et ac/
cidiam. Job septimo. Factus sum mihimet
ipsi grauis. ¶ Septimo fit immobilis p ob/
stinationem. Psalmista. Fiant immobiles:
vt lapides etc. ¶ Octauo non erubescit p im
prudentia. Iheremie tertio. Frons mere/
tricis facta est tibi: peccasti et noluisti erubesce/
re. ¶ Nono fetet per infamiam. Joelis secũ
do. Ascendet fetor eius: et ascendet putredo
eius: quia superbe egit. ¶ Decimo putrescit
per mortez in peccato. Joelis tertio. Compu
truerunt iumenta in stercore suo. ¶ Undeci/
mo corroditur a vermibus per conscientie re
morsuz. Ysaie decimoquarto. Subter te ster
netur tinea etc. ¶ Duodecimo fit abhomina/
bilis per peccati horrorem. Iheremie decimo
tertio. Nam vilis facta es nimis iterans vias
tuas. ¶ Decimotertio fit frigidus per spiri/
tualis amoris extinctionem. ¶ Decimoquar
to contemnitur ab amicis scilicet angelis.
Ihoremie quarto. Contempserunt me ama/
tores tui. ¶ Decimoquinto sudario inuolui/
tur: scilicet male consuetudinis. vnde sudari/
um a sudore dicitur. Peccator enim labore
et compunctione conscientie inquietatur.
¶ Decimosexto in feretro ponitur pro malũ
exemplum: quia qui est in feretro: oibus pz.
¶ Decimoseptimo foditur illi fouea per repe
titionem peccatorũ. Psalmista. Incidit info/
ueam quam fecit. ¶ Decimooctauo ad foue/
am portatur per quatuor: qui sun: spes futu/
re correctionis: spes longioris vite: timor sa/
tisfaciendi: solatium peccati. ¶ Decimonono
sepelitur in inferno. Luce decimosexto. Et se
pultus est in inferno. ¶ Vigesimo ponit de
super lapis et terra: id est penarum diuersitas
et perpetuitas. Ysaie trigesimotertio. Clau/
duntur in carcere sempiterno.
¶ Quinta dies est cfideratio natiuitatis chri
sti. De quo supra quere in sermone de natiui
tate christi. vnde natiuitas christi bene dicitur
dies. Licet enim homo per lumen naturalis
rationis possit scire quid agenduz: tamen nõ
quid bene agendum ad vitam eternam. Et
ideo fuit necessaria lux diuine irradiationis:
qua mẽs humana diuinitus illustrata: cogno
scit illa: que immediate ordinant ad salutem.
Et ideo ortu suo christus totum orbẽ illustra/
uit: qr ipse erat lux vera que illuminat etc.
¶ Sexta dies est consideratio mortis christi
vbi sunt sex conclusiones.

¶ Prima 9clusio est: q mortuus est propter peccata nostra: patet per vetus & nouum testamentum. quere alibi. ¶ Sciendũ tamen pro scda 9sideratione: q decens fuit reparari genus humanum: q nõ decet diuinam clementiam totam nãm ppter vnius pctũ 9demnare. sed hoc fuisset: si nõ fuisset reparatio.
¶ Tertia 9cl'o est: q talis reparatio debuit fieri per satisffactionez. ¶ Ratio est: q ordo diuine iustitie requirebat: vt nullum peccatũ maneret impunitum. sed h fuisset: si reparatio nõ fuisset per satisfactionem.
¶ Quarta 9cl'o est: q satisfaciẽs esset deus & homo: & hoc 9gruebat. ¶ Ratio est: q sicut per vnum hoiem peccatuz intrauit in omnes ita in reparatione per vnum gratia intraret in omnes. Sed hoc non potuit fieri per purum hoiem. Igitur decens fuit q fuit deus & hõ.
¶ Quinta 9cl'o est: vt hec satisfactio dei & hominis fieret per mortem eius: q non põt conuenientius solui debitũ mortis: nisi p mortẽ gratuitã. s3 nos oẽs eramus debitores mortis
¶ Sexta 9clusio est: q christus ad perficiendum hanc reparationẽ assumpsit defectus penalitatum. ¶ Ratio est. Christus assumpsit nãm humanaz: vt in ea mereref nobis vitam eternam. Sed tale meritũ 9sistit in tollerãtia passionum: vnde necessariũ fuit christũ mori. Et si nõ ex pena 9tracta per peccatum per se. tamen ex pena 9tracta per peccatum in alio: Ergo oportebat pati christum. ¶ Septima dies est meritoria iudicij: in qua die malos oz multum timere ppter octo cãs. ¶ Prima est q deferunt litteras mortis sue. Exemplu3 de Vria. Dañ. 7. Judicium sedit: & libri aperti sunt. s. 9scientie & vite. ¶ Scda est: q mltos habebunt accusatores. ¶ Tertia est: q multi testes erunt 9tra eos. vnde p Johis vltimo. Tres sunt q testimonium dant &c. Pater qui dedit potentiã peccatis resistẽdi. Filius q dedit sciam cognoscendi. Spiritus sanctus q dedit voluntatem & gratiã vitandi. ¶ Quarta est: q iudex iustus est: nec poterit corrũpi prece nec pcio: amore vel odio. Prouer. 6. Nõ acqescet cuiusq3 pcibus: nec recipiet p redemptione dona plurima. ¶ Quinta est: q sapiens est: & eum nihil latet. Prouerb. 16. Oẽs vie hois patent oculis eius. ¶ Sexta est: quia eius sententia nõ poterit mutari: nec ab ea poterit appellari. Psal. Que pcedunt de labijs ini. &c. ¶ Septima: q pena erit interminabilis. Ysa. Ignis eorum non extinguetur.
¶ Octaua: quia amplius nõ erit locus mie. Mat. 25. Clausa est ianua. Octaua dies in q circõcidetur puer ihs: est dies iustitie fm cõsilium sapientis. Ante iudicium para iustitiaz.
¶ Duplex est iustitia vnicuiq3 reddẽs quod suũ est. Et fm hoc qdrupl'r sumus debitores
¶ Primo deo: & hoc multipl'r. ¶ Primo q pater noster est. Et ideo debemus ei pprie subiectionẽ. vnde oramus. Fiat voluntas tua
¶ Scdo q magister noster est. Et ideo debemus ei credulitatem: q discentem oz credere. Ipse. n. est veritas. Psal. Principium verborum tuo3 veritas. ¶ Tertio q deus noster est: ideo debemus ei oium dono3 reddere raõem. vnde q mõ non 9putant per 9fessionem: 9fundentur in magna 9putatione. Luce. 15. Hõ qdam habebat villicu3. ¶ Quarto q rex noster est: ideo debemus ei 9tra hostes malitiam. ¶ Quinto quia frater noster: ideo debemus ei dilectione3: quia coheredes nos fecit. ¶ Sexto q medicus noster est: iõ debemus ei patientiam in tribulationib9 nõ remurmurãdo. ¶ Scdo corpori debem9 seruitute3: q nõ magis curemus de eo: q3 de aia
¶ Tertio debemus pctõ odium quasi capitali inimico. Eccl'ia. 21. Quasi a facie colubri fuge pctũm. sed nõdum odit peccatum: q de illo loqtur vel imaginatur. ¶ Quarto debemus mundo 9temptum: q bona eius sunt transitoria: & nõ satiant: neq3 soluunt felicitatem: qua3 pmittunt. Et ideo vilia sunt & abijcienda.

Scda 9sideratio.

Secunda 9sideratio est qual'r iste beatissimus infantulus spũaliter nat9 sit noiandus: & puto q nec potest cõuenientius noiari: q3 ihs: q scriptu3 est: Vocabis nomẽ eius ihs: h est nomẽ sacratissimũ & a pphis pphetatum: ab apl'is pdicatum: ab angelis nunciatum: a sanctis oibus desideratum. Hoc est nomen virtuosum: gratiosum: gaudiosum: deliciosum: gloriosum. Virtuosum: q superat hostes. Gratiosum: q in ipo habemus fidei fundamentum: spei firmamẽtum: caritatis augmentum: & iustitie 9plemẽtum. Gaudiosum: q iubilus in corde: melos in aure: mel in ore: splendor in mente. Deliciosum: q pascit cogitatum: lenit platum: reficit scriptum: instruit lectum. Gloriosum: q dedit cecis visum: claudis gressum: surdis auditum: sermonem mutis: vitam mortuis.

O nomen benedictum: quod ostendit tātum virtutum effectum. O anima: siue scribas: siue legas: siue doceas: siue quodcūq; aliud operis facias: nihil tibi sapiat: nihil tibi placeat: nisi Jesus. Nomina ergo tuum infantulum iesus: habeat sibi ꝙ nominetur dei filius: splendor glorie: imago substantie: verbum patris: virtus omnipotētis: heres vniuersorum: rex regum: dn̄s dominantium. Habeat sibi ꝙ dicitur christus. i. vnctus. Et bene vnctus. q2 i prophetam: sicut claruit in doctrine eruditōe. Impugnabilē: sicut patuit in diaboli debellatione. In sacerdotem: in patris reconciliatione. In regem. in premiorum retributione. Habeat hec nomina sibi cum suis beatis ꝯmunia Sit tantu; tibi Jesus: idest saluator: in hui⁹ vite incolatu ⁊ miseria: saluet inquaz a mondi vanitate: que te impugnat a demonis falsitate que te infestat: a carnali fragilitate: que te cruciat. Clama deuote inter tot huius vite flagella. O iesu saluator mundi salua nos: qui per crucem ⁊ sanguinez redemisti nos. Salua in quam dulcissime saluator ꝯfortando debilem: ꝯsolando flebilez: adiuuando fragilem. Sed heu vnum est: qđ cum fletu dicendum est: qđ non vacat a mysterio: qđ non statim cum nascitur circonciditur ⁊ nominatur. sed ꝰm legez dies octauus expectatur. Puto ꝙ per septēnarium: qui in octonario includitur vniuersitas diuinarum ⁊ moralium virtutum: cum vanitate ⁊ viculo pacis figuratur. Quia postq̃ anima per fortitudinez aduersa tolerauit: per iustitiā miseros sustentauit: per temperantiam carnales ꝯcupiscentias superauit: per prudentiam: mūdi ⁊ antiqui hostis isidias declinauit. Adhuc postq̃ per fidem deum omniuz auctorem intellexerit: per spem in eum tanq̃ omniuz remuneratorez in omnibus operibus suis aspexerit per caritatem deum: tanq̃ omniuz bonorum largitorem toto corde dilexerit. Et demū die octauo circoncisionis ab anima omnibus fantasticis imaginationibus: omnibus vanis ⁊ inutilibus cogitationibus: omnibus anime motibus: ⁊ inordinatis affectionibus pacatis Tunc per exercitium contemplationis: in domino dulciter requiescit. Tunc puer nominatur: Tunc dulce nomē iesus imponitur. Tūc eius dulcedo sentitur ⁊ gustatur. Tunc experitur virtutem. Tunc percipit iucunditatem. O quantam sensit dulcedinem: post illam beataz nominationē. Jlla felix mater naturalis: ⁊ spiritualis virgo Maria: quando ꝑcepit in hoc nomine demonia eijci: miracula cumulari: cecos illuminari: infirmos curari: mortuos suscitari. Sic certe tu o anima spiritualis merito debes gaudere ⁊ exultare: quando eniz ꝑcipis in te ⁊ in alijs: ꝙ tuus beatus filius iesus demones fugat in peccati dimissione. Cecos illuminat in vere cognitionis infusione: mortuos suscitat in gratie collatione. Jnfirmos curat in spirituali confortatione: Ut iam efficiamur fortes ⁊ viriles per gratiam: q prius erāt infirmi per culpam. O q̃ felix ⁊ beatum nomen: quod tantam meruit habere virtutez: ꝙ sua dulcedine letificat. vsq; ad mentis ebrietatem infundit quādocunq; ⁊ communicat suaz dulcedinem. Quam ⁊c.

¶ In vigilia epyphanie domini.
Sermo vigesimus secundus.

d EFuncto herode: Ecce angelus domini apparuit Joseph ⁊c. Matth. 2°. Scđm qđ dicit Gregorius. Licet oēs angeli sint spiritus: tamen non omnes spiritus sunt angeli. ⁊ addit. Tūc solum sunt angeli: cum per eos aliqua nunciantur. Sed quia ꝰm Augu^m. In rebus per tempus ortis: summa extitit gratia: ꝙ deus factus est homo. Oportuit ergo qđ mysterium incarnationis agitaretur per mysterium angelorum. Quod patet: quia iste angelus fuit immediate a deo missus: vt patet in euangelio: vbi sunt tres considerationes.

Prima ꝯsideratio.

¶ Secunda ꝯclo est: ꝙ licet in causa criminali testimoniu3 qd quis ꝓfert ꝯtra seip3 sit efficax. vt patet. 2. regũ. p. de adolescente qui dicebat dauid saulẽ ⁊ Jonathan se interfecisse: contra que3 dauid ferens sentẽtia3 dixit. Sanguis tuus supra caput tuũ. Os eni3 tuũ contra te locutum est dicens. Ego interfeci xp̄m domini. Tamẽ testimoniũ laudis: qd qs ꝓfert de seip̄o efficacia caret. vñ seqtur. Tu de teip̄o testimonium ꝑhibes: testimoniũ tuum non est veꝛ. i. acceptum ⁊ ꝯgruum ƀm glo. vñ p̄me coꝛ. 10. Non. n. q seip̄m cõ. ⁊c. Prouer. 27°. Laudet te os alienum: ⁊ non tuum.

¶ Tertia ꝯclo ē: ꝙ l3 taciturnitas: q̃ est ad edificationem sit licita ƀm Augu. Licet inqt p̄dicatori reꝛ eternaꝛ narrationẽ tꝑalium ad edificatiõe3 nõ ꝑtinẽtiu3 occultare: mẽtiri tñ nunq3 licet. Taciturnitas tñ veritatis ⁊ diuine laudis ē semꝑ culpabilis: cum sit ꝑꝑ metũ. vnde Aug. Quisqs metu cuiusl3 peccantis veritatẽ occultat: iram dei supra se ꝓuocat: q2. s. magis timet hoiem: q̃3 deũ. Et iõ seqtur. Rñdit ihs ⁊ dixit. s. ea q̃ ꝑtinent ad dei laudẽ ⁊ nr̃a3 edificatõe3.

¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ l3 testimoniũ puri hois in re ꝓpria non sit efficax: tñ non est sil'e de deo ⁊ de dei filio: q põt in re ꝓpria sibi testimoniu3 ꝓhibere. vñ Criso. Cum filius equalis sit patri: eq̃ bene testificari põt de seipso: sicut pater. vnde seqtur. Et si ego testimoniu3 ꝑhibeo de meipso: testimonium meum verum est.

¶ Quinta ꝯclo est: ꝙ hanc ꝯclusionem ꝓbat triplici modo. ¶ Primo ille q nouit perfecte deum a quo est ⁊ ad quem vadit: põt veꝛ testificari de seipso: q2 cum deus sit veritas: a veritate venit: ⁊ ad veritatem vadit. Sed ego scio vnde venio inquit ⁊ quo vado. Igitur ⁊c.

¶ Scdo ille põt bene veꝛ testificari de seipso qui ꝑfecte nouit seipsu3. Sed ego perfecte noui meipsum: sciendo vnde venio ⁊ quo vado. Igitur ⁊c. ¶ Tertio deus est sibi sufficiens testimoniu3 vel testis: q2 deus est lumen. Luminis aũt est manifestare se ⁊ alia. Sed ego sum deus. Scio enim vnde venio: ⁊ quo vado: id est scio deum esse principium meu3: scio me eẽ deum ex deo. Igitur ⁊c.

Quarta consideratio.

c Irca quartam ꝯsideratione3: que est de eius occultatione: cum dicit. Vos autem nescitis. vbi occurrunt alique conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ l3 ignorantia ⁊ nescientia sint realiter idem: differunt tamen ratione. Nam nescientia dicit simplicem scientie negationem. vnde ignorantia cuiuslibet scibilis potest dici nescientia. scd̃m quem modum Dionysius in angelis nescientiam ponit eccl'ie ierarchie. 6. ca°. Ignorantia vero importat sciẽtie priuationem: dum. s. alicui deest scia coꝛu3 que aptus natus est scire. Horum aũt queda3 sunt: que aliquis non tenetur scire: illa scilicet quorum scientia non potest debitum actum recte exercere. vnde non oẽs tenentur scire illa: que sunt ad fidem pertinentia ⁊ vniuersa iuris precepta. Sed singuli ea que ad eorum statu3 vel officiu3 spectant: tenentur scire.

¶ Scda ꝯclo est: ꝙ triplex est nescientia obligans ad pctm̃: q2 negligit scire ea: que tenetur ¶ Prima est nescientia simpliciter affectata: de qua psal. Noluit intelligere vt bene ⁊c.

¶ Secunda est nescientia ingratitudinis obligans ad peccatu3: in qua est summus gradus in qua homo beneficia dei non cognoscit.

¶ Tertia est nescientia infidelitatis: que fundamentum spiritualis edificij subuertit: de quibus Ambrosius tangit super illud apostoli. Ignoras ꝙ benignitas dei ⁊c. dicens. Grauissime peccas si ignoras. vnde psal. Nescierunt neq3 intellexerunt: in tenebris ambulant ⁊c. Sequitur. Vos autem nescitis vnde venio aut quo vado. ¶ Unde aduertendum ꝙ xp̄s ē lux de luce: q2 ratio sua est originata a patre. Ex quo seqtur ꝙ quicunq3 ignorat ortum istius lucis: ignorat ipsam lucem: sicut iudei fecerunt. Et hoc est qd dicit littera. Vos aũt nescitis vnde venio ⁊c. i. nescitis eternũ meu3 ꝓcessu3. Ys. 53. Generatõe3 ei9 qs enarrabit?

¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ nescientia malorum circa dei beneficia causatur ex eo ꝙ ignorãtes diuinam potentia3 respiciunt hominem solum. vnde dicit. Vos aute3 ƀm carnem iudicatis. Nam iudei nihil attribuerunt xp̄o: nisi puro homini: vnde dicebatur ꝙ indecens erat sibi ⁊ cuicunq3 alteri hominum testimonium probi-

bere de seipso. Ipsi enim credebant xp̄m fore purum hominem. Et ideo: quia xp̄s dixit. Non sū ego solus: sed ego ꝛ qui misit me pater. Ideo interrogant. Ubi est pater tuus:? vl' potest dici ꝙ iudei yronice dixerunt.

¶ Quarta conclusio est: ꝙ in xp̄o est oīuꝫ sciētia excludens omnem nescientiaꝫ. d. Ego non iudico quēq̄ꝫ. s. iudicio sententie: ꝛ dānationis Cuiꝰ ratio est: qa nō veni vt iudiceꝫ: sed vt saluem mūdum. Et si ego iudico. i. de aliquo sententio: nō ignorāter hoc facio: sicut vos. sꝫ sciēter. Jō iudiciū meū ē veꝝ: qꝛ solus nō sūꝫ: sed ego: et q misit me pater. q. d. Pater mecū est qui me gignit: ꝛ gignendo me cōmunicat mihi essentiaꝫ suā ꝛ cōmunicat mihi veritatē. Ex quo seqᷓ ꝙ ego sūꝫ veritas. Ueritas aūt ē reddere testimoniū veꝝ. Sequiᷓ. In lege vr̄a scriptuꝫ est: vbi ꝑ rationē ostendit: ꝙ testimoniuꝫ suū est legitimū que talis est. Testimoniū ꝯsonū legi est legitimū testimoniū meū ē huiusmodi: quia ſm legem statur testimonio duorum. Sic autem est in testimono meo: quia non solum testimonium perhibeo de meipso: sed testimonū ꝓhibet mihi pater: sicut ibi. Hic est filius meus dilectꝰ. ¶ Itē filius meus es tu q. di. lex vestra approbat testimonium duoꝝ hoīum: qui decipi possunt: multo magis dꝫ approbare testimonium meum ꝛ patris: qui decipi non possumus.

¶ Quinta ꝯ° est: ꝙ illi q nūc ignorāt xp̄ꝫ. s. q̊ ad eius iustitiā timendo: eius mīam sperando eius bonitatē diligendo: eius beneficia ꝑ debitas gratiaꝝ actōes non recōpensando: hic in p̄senti tales in futuro ab ip̄o ignorabunᷓ. Et iō dn̄s ꝯqueritur Ihere. 2°. Tenentes legem nescierunt me. vn̄ dicit glo. Nesciri se a sacerdotibus ꝯqueritur veritas: ꝛ nescire se p̄ncipatū nescientiū ꝓtestaᷓ. vn̄ siqs ignorat: ignorabitᷓ. vnde seqtur. Neq̄ꝫ scitis me. s. in mīa ꝛ beneficijs. Neq̄ꝫ patrē meū scitis. s. in iustitia ꝛ bonitate: q reddet vnicuiq̄ꝫ iuxta oꝑa sua. Naꝫ si me sciretis ꝯsiderātes cum gratitudine actiōis mīam qua mistus sum vestri: ꝛ beneficia tam sp̄ūalia q̄ꝫ gratuita: q̄ ꝯtuli vobis: vtiq̄ꝫ sciretis ꝛ patrē meum in retributōe eternoꝝ bonoꝝ Sed qꝛ ignoratis: audietis refutationem. di. Nescio vos ꝛc.

Quinta ꝯsideratio.

Jrca qntaꝫ ꝯsideratōem: q̄ est de eiꝰ virtuositate: cū diciᷓ. Hec verba locutus est ih̄s ꝛc. sunt due ꝯclōnes.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ lꝫ virtus: fortitudo: gr̄a violentia: honestas sint realr idem: differūt tn̄ rōne. Nam virtus diciᷓ fortitudo: inq̄ꝫtum labores ꝛ dolores facile pōt vincere. Diciᷓ gr̄a inq̄ꝫtum respicit liberalitatē dei: cum donū est habenteꝫ se deo gratum facere. Diciᷓ virtus: inquantum respicit opus: quod ab ea est. Dicitur violentia: inquantum violenter rapit regnum celorum. Matthei scd̄o. Regnum celorum vim patitur: ꝛ violenti rapiunt illud. Dicitur etiam honestas. vnde ſm Ys. Honestas est turpitudinis carentia. vnde hominibus virtuosis ꝛ honestis honor maximus exhibendus est.

¶ Scd̄a ꝯclo est: ꝙ hec lux diuina quadruplicem habet virtuositatem. ¶ Prima est ꝙ facit spiritualiter laborantes ꝛ diligēter facile superare: inq̄ꝫtū seruoꝝ dei fortitudo laborantiū in sustinentia penitentiali succūbēt: si diuina allocutio verbo cōsolationis eos nō solidaret: qꝛ docet vitare mala ꝓmittens eterna. vnde audientes verbum dei ꝑ effectuꝫ operis: facile oīa que prostergāt nos a consecutione vltimi finis possunt vincere. Unde diciᷓ Joh. p̊. Omne quod natum est ex deo vincit mundū. Uincere autem mundū est tendē in vltimū fineꝫ: qđ fit cū conamine ꝓprie voluntatis. Gratia mediante insultus temptationū reprimiᷓ: ꝛ insistitur bonis operibus qbus diuine voluntati cōformamur: qꝛ voluntas dei ē sanctificatio nostra ſm apostolū. Unde tales possunt dicere illud eph. vltimo. Discite in quibus sūꝫ sufficiens quasi diceret ꝙ eorum sufficientia solum est ex lumine iformationis diuini sermonis. ¶ Secunda est ꝙ facit omnes eam audientes: et eiꝰ doctrinam sequentes deo acceptos inquantuꝫ dei gratia. Gratia enim cum sit donuꝫ supnaturale a solo deo est effectiue collata: hn̄s in se rationem acceptationis: omnes quos inhabitat deo gratos ꝛ acceptos facit. Oēm eniꝫ spiritualem acceptationem deo causat quidam decor spiritualis. Gratia autem est quedam integritas et decor omnium virtutum. Nam sicut pulchritudo faciei non est aliqua vna qualitas sed integritas exurgens ex omnibus. s. colore figuratur magnitudine ꝛ proportione. Ita gratia que est animi deco est integritas exurgens ex omnibus virtutibus. Unde apostolus. Gratia dei sum id quod sum: ꝛ gratia eiꝰ ꝛc. quasi. d. ꝙ quia omnia habet a deo ꝑ gratiam eius ꝙ ideo multo deberet ei esse gratus.

Signum. n. acceptationis diuine est custoditio a culpa: et preseruatio a pena: et collatio vite eterne. ¶ Collatio autem diuina primo custodit a culpa. vt dicitur prouerbi. 12. Ueritas iustitie custodit viam innocentie. ¶ Secundo preseruat a pena. Eccli. 10. Qui custodit preceptum non experitur quicquam mali. ¶ Tertio dat vitam eternam. Prouer. 3°. Custodi legem atque consilia et eris viuens. Sequitur igitur qualiter verbum diuinum deo gratos nos reddit. ¶ Tertia est quod hortatur nos ad virtuosas operationes inquantum dicitur virtus. Nam cum beatitudo virtutum sit premium non acquiritur nisi per virtutes quibus fit debita dispositio tendentibus ad ipsam. Et ideo vt quis beatitudinem adipisci possit oportet operari virtuose: quia opus nostrum supposita motione diuina qua mediante meretur ex condigno: habet etiam rationem meriti congrui: inquantum procedit ex libero arbitrio inquantum voluntarie aliquid facimus quia congruum est vt cum homo bene vtitur sua virtute: deus secundum excellentem virtutem excellenter operetur. scilicet quia congruum est: vt quando quis secundum suam possibilitatem operatur virtuose quod deus ipsum remuneret copiose beatitudine. Talis tamen operatio solum habet locum in hac vita. Nam post hanc vitam solum tempus est non meriti sed extreme retributionis: quia tunc reddet cuilibet iuxta opera sua. Quomodo ergo sermo diuinus hortatur nos ad hanc operationem virtuosam: patet Iohis. 8. vbi dicitur. Si manseritis in sermone meo: veri discipuli mei eritis. Tunc manet quis in sermone dei: quando operibus virtuosis fugit quis peccata perficiens beneplacita dei: quia sermo dei docet vitare malum et sectari bonum. ¶ Quarto quod docet nos toto conamine postponendo impedimenta regnum adipisci inquantum dicit violentia. vnde dominus virtuosos vocat violentos. Intelligendum quod virtuosus triplicem vim facit sibi ¶ Prima ardua aggrediendo: et ea que sunt supra hominem. ¶ Secunda aduersa patiendo. Act. 9. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. ¶ Tertia a placitis abstinendo Gen. 8. Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Ideo cum quadam violentia oportet hominem ab hijs que placent sibi compesci. vnde poeta. Est virtus placitis abstinuisse bonis. Mat. xj. Regnum celorum vim patitur. Glo. Dum peccator ad id est in alienum locum intrat per penitentiam. Est. n. regnum celorum sicut castrum quod a multis obsidetur: et sicut contingit quod a quibusdam castrum obsessum non cito capitur: sed post longam obsidionem ab alijs cito capitur qui forte et strenue pugnant et proprio sanguine non parcentes seipsos exponere periculo non timent: ita est de quibusdam qui remissius aliquantulum penitentiam suam agentes eam diutius protrahunt et tandem regnum celorum assequuntur. Alij sunt qui districtius agentes et penitentiam certiorem ducentes compendiosius ad ipsum pertingunt: quantum ad istos quodammodo vim patitur regnum celorum. ¶ Secundo etiam regnum celorum vim patitur: quando ab extraneis capitur. vnde Hyla. Regnum celorum vim patitur: quia gloria de patribus debita: a prophetis pronunciata: a christo oblata fide gentium occupatur. cum per penitentiam et fidem reuiuiscunt ad celestem patriam quasi alienum locum penetrantes et violenti qui scilicet non videntur habere ius sicut publicani et peccatores rapiunt illud: exclusis. s. filijs regni. ¶ Quinta est: quod docet honeste conuersari inquantum dicitur honestas. Nam honestas est virtuosa operatio: cum compositione morum respuens vitia in se: et in alio intuitu dei. Ubi innuitur quod honestas consistit in quatuor virtutibus. ¶ Prima est declinatio mali. s. peccati. vnde dicitur respuens vitia vnde sapi. 4. In fraude circumuenientium affuit illi: ne. s. deceptus peccaret: et tunc honestum fecit illum. ¶ Secunda est operatio boni: quia dicit quod fit virtuosa operatio. Ociosus. n. quantumcunque sit compositus in exterioribus non reputatur honestus. Sap. 8. In operibus manuum illius honestas sine fictione. ¶ Tertia exterior morum compositio Prime thesa. 4. Honeste ambuletis ad ea que foris sunt. ¶ Quarta est in hijs omnibus recta intentio: sine hac est honestas ficta: est et non vera. Prime cor. 5. Omnia honeste et secundum ordinem fiant. s. vt intentio omnia ordinet inter se: et in finem debitum. Sequitur in textu. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio docens in templo et nemo apprehendit eum. quia nondum venit hora eius ¶ Nota secundum Origene. Gazophilatium est locus nummismatum in honorem dei et dispensationem pauperum oblatorum: hic nummismata obtulit christus in intellectuali gazophilatio: quia verbi dei protulit. Uerba. n. dei sunt quedam nummismata imaginem celestis regis habentia impressam. vnde Beda. Tunc christus loquitur in gazophilatio quando ad iudeos in parabolis loquitur. Tunc gazophilatium aperitur: quando discipulis celestia reserantur Quod nobis etc.

¶ Dominica in passione. Sermo. 72.

(q)Uis ex uo-
bis arguet me de peccato.
Johis. 8. Secdm Criso.
Fides est virtus: que ea q̄
ad fundamentum religo-
nis ptinent recte firmiterq̈3
credūtur. Nam fm Aug. Aliqui male sentiūt
de dei oipotentia negantes deum nō posse cor
pora suscitare vel nāz nostram assumere. Alij
male sentiunt de eius bonitate. s. qui negāt la-
psos in peccatum p pniam non posse deo recō
ciliari. Alij de eius iustitia: vt qui deuz negant
vindicaturum peccata: aut q dicunt eum saltez
non vindicatuꝝ eternaliter. Fides autē nostra
oipotentiā in dei predicat: et summā eius sapiaz
et bonitatem. Huius fidei veritas multiplici
modo ꝯfirmatur. s. miraculoꝝ coruscatione:
testium ꝑductione et diuina reuelatione. Cuz
igitur tot habeat veritas argumenta: inexcusa
biles sunt nō credentes: q2 non cessant ipsaz fi
dei veritatez vita et verbo impugnare. Et ideo
dominica ista in qua legitur hoc euangeliuz dr̄
de passione: nō q2 ista die xp̄s passus fuit: s3 co
gitantes in corde xp̄m interficere: azaꝝ etiaz
niti sunt necare: et fm hoc in euangelio presen
ti occurrunt tres considerationes.

¶ Prima ꝯsideratio.

(c)Irca pmam ꝯsiderationem: q̄ est de
veritatis doctrine xp̄i essentia. occur
runt septem conclusiones.

¶ Pria ꝯo est: q cū veritatis ꝓpriū sit inesse.
Et iō s3 q pluribꝰ diuersimode iest: s3 h̄ et di
uersimode distigui pōt. Naz veritas p prius
est in intellectu diuino: consequenter inesse rei
ꝯñter in intellectu apphendente: ꝯsequenter in
signo enunciante: et fm hoc quadruplex veri-
tas distingui potest: sicut veritas prima: veri-
tas rei: veritas apprehensionis: et veritas signi
siue enunciatiōis: quaꝝ vna p ordinem depē-
det ab alia. Et sic diuersimode etiā describitur
¶ Primo per augu. in libro de vera religiōe
di. q veritas est summa similitudo principij:
que sine vlla dissimilitudine est. Isto modo di-
citur esse soluz i intellectu diuino. ¶ Scda de
scribitur per Auic. di. Veritas vniuscuiusque
rei est ꝓprietas sui esse qd̄ stabilitū est ei et tunc
h3 esse in esse rei. ¶ Tertio describit̄ per Hy
lariū di. Veꝝ est declaratiuū aut manifestatiuū
esse: et hoc pertinet ad veritatē: s3 qd̄ est in itel
lectu. ¶ Quarto describitur in libro de diffini
tiōibus. Veritas est adequatio rei et intellectꝰ
et tunc potest esse in signo enunciante.

¶ Scda ꝯclusio est: q ds̄ existēs vna et pma
et sūme veritas ꝯtinens in intellectu diuino ꝓ-
priam rōnez veritatis eructat de corde oēs dicis
creatas veritates. Et ideo l3 in multis itellecti
bus creatis sint multe veritates: et in vno ec-
dem itellectu sint plura cognita: tñ omnia ista
ortū habent in intellectu diuino. Unde glo. di
cit sup illud psal. Diminute sunt veritates eius
a filijs hominū: q sicut ab vna facie hois resul
tant multe similitudines hois in speculo: sic ab
vna veritate diuina resultant multe veritates
vnde dr̄. Si veritatem dico vobis etc.

¶ Tertia ꝯclō est: q xp̄s est veritas q2 est ver
bum increatū et incarnatum: excludēs a se oēz
falsitatem. ¶ Primo q2 est verbuz increatum
equale patri et ꝯforme: excludit a se falsitatez: q2
vt sic plenuz est gratia et veritate. Joh. pͦ. Est
etiam patri ꝯsubstantiale: sic excludit veritatez
mutabilitatis. Johis. 8. Et cognoscet veritatē
¶ Item inquantum est verbum incarnatum
sic pma veritas excludit a se vmbram legalem
Jacob. pͦ. Uolūtarie. n. genuit nos verbo ve-
ritatis sue. ¶ Secundo patet: q2 in ipso est im
pletio omniū ꝓmissionuz ꝓphetalium. Johis
pmo. Gratia et veritas per ipsum xp̄m facta ē
¶ Tertio q2 in ipso est satisfactio plena oium
iniuriaruz. Psal. Mīa et veritas obuiauerūt
sibi. Et hoc ideo q2 cum sit veritas et bonitas
q2 ista duo in supposito ꝯuertunt̄ cum ente: lic3
differunt fm rationem. Nam veritas respicit
ipsum esse simplr̄ et immediate. Ratio autem
boni consequitur esse: fm q est aliquo modo p
fectum: s3 q2 oportet doctorem veritatem enun
ciare: non solum verbo: sed etiā facto. Quia s3
Grego. Cuius vita despicit̄ etc. Ideo xp̄s p̄-
mittit. Quis ex vobis arguet me de peccato.
q. d. Ille doctor qui non deficit in bonitate nō
potest argui de peccato: et per ꝯñs de insufficiē
tia. ¶ Nota q xp̄s peccare non potuit ꝓpter
sacerdotij premitatem. Si. n. peccare potuiss3
mediatore indiguisset: et tunc non fuisset pmus
Prime Pet. 2o. Qui peccatum non fecit etc.
Psal. Omnes declinauerunt etc. h Jero. De
us est in quem peccatū cadere nō potest.

¶ Quarta ꝯclō est: q xp̄s nobis triplicez ve-
ritatem exēplificat. s. veritatem vite: doctrine:
et iustitie. Ueritas vite est fm quā ad opus est

vex non ẜm quam aliquid ostenditur veruz.
Dicitur aũt vita vera ex hoc: q̃ attingit regulã
⁊ mensuraz ẜm diuinam legem: ꝑ cuius ꝯfor
mitatem rectitudinẽ h3: hec necessaria est actis
Ysai. 38. Memẽto dñe quõ ambulauerim co
ram te in veritate ⁊ corde ꝑfecto. Ueritas do/
ctrine est ẜm quaz homo in dictis ⁊ factis ostẽ/
dit se vt est: ⁊ hoc ꝯsistit in quadaz manifestati/
one verboꝝ de quibus est scia: ⁊ hec necessaria
est ꝯtẽplatiuis ⁊ doctoribus. De q̃ hic. 2. Mat
th. 22. Magister scimus q2 verax es rc. Ueri
tas iustitie est: ẜ3 quã aliquis rectitudinẽ legis
in iudicijs que ad alteruz sunt seruant: q2 iusti/
tia est quedã rectitudo regulata ẜ3 regulã diue
legis. Hec veritas necessaria est ꝑlatis. Pro
uer. 18. Accipe personã in iudicio non est bo/
num: vt a veritate declines. Unde seqtur. Si
veritatẽ dico vobis: q̃re non cre. rc.

Quinta ꝯclõ est: q̃ audire verbũ diuinum
signũ est ꝑdestinationis: ⁊ nõ audire iꝓbatio
nis. Ratio ꝑmi est: q2 audire verbuz dei est ꝑ
effectũ opis: oia que nos retardant a salute su-
perare. Johis. 5. Omne qd natũ est ex deo vi
cit mundũ: nã vanitas mundi nos retardat: ⁊
hic in verbo diuino docetur refutari. Ratio se
cundi est. s. q̃ nolle audire verbũ dei est signũ
reprobatiõis ad quã seqtur induratio: q2 videt
interne idurari: q respuit illa que dirigunt ho-
minez in viam vite: docentis corrigere ea que
abducũt a salute: quod fit in verbo diuino. vn
de dicit. Qui ex deo est rc.

Sexta ꝯclõ est: q̃ reprobi increpationez nõ
sustinent: sed exasperati reddũt maledictionez
pro bono verbo. Unde ꝓuer. 4. dr. Qui ar/
guit impiũ sibi maculã generat. Glosa. Quia
frustra laborat qui verbum sapie inculcare niti
tur: ei qui audire contemnit sapientiorem se do
ctore ⁊ maiorem credens. Tales. n. plus exas/
perant ⁊ peiorantur. Et ideo ẜm glosaz non ẽ
timendum tibi cum arguitur impius: si contu/
melias inferat. Sed hoc potius prouidenduz
ne tractus ad odiuz inde fiat peior. Ideoq3 ali-
quotiens ab eius correctione non tue timidita/
tis: sed dilectionis eius gratia est abstinenduz.
vnde dicitur. Responderunt ergo iudei ⁊ di/
xerunt. s. verbuz maledictũ pro benedicto. s. q̃
demoniũ hrẽt: ⁊ q̃ samaritanus eẽt: ⁊ hoc ẜm
Orige. Quia dicebat sermões transcẽdentes
capacitatem humanaz: puta q̃ processisset a dõ
⁊ q̃ esset equalis patri.

Septima ꝯclõ est: q̃ ꝑdicator verbi dei d3
habere patientiaz si aliquis ꝯtumeliam sibi in/
fert ꝓpter veritatez. Naz ꝑ patientiaz acquirit
regnuz celoruz. Quia ẜ3 Ihero. nõ nisi ꝑ pa/
tientiaz implet qd dicit. Regnuz celoruz vim
patitur. vnde Matth. 5. Beati q persecutiões
patiunt ꝓpter iustitiaz rc. Et ideo non est red/
denda ꝯtumelia pro ꝯtumelia: tñ si crimen fal-
sum obijcit ꝯstanter resistenduz est: qd xp̃s fe/
cit cuz dicit. Ego demoniuz non habeo: ⁊ si qd
veruz dicit non est neganduz: qd xp̃s fecit: qñ
se samaritanuz non negauit. Patientiam do/
cuit in hoc: q̃ maledicentibus contumeliã non
reddidit iuxta illud. Qui cum malediceretur
non rc. Nota l3 expresse non dicat eos ha-
bere demoniuz: ne vindicare se videretur: tñ
hoc subtilius innuit cum addidit. Sed honoro
patrez meũ: ⁊ vos inhono. rc. In hoc q̃ dicit.
Ego honorifico patrem meum: ꝯfirmat se nõ
habere demoniuz. Diabolus. n. non honorat
patrez. Quia ea que patris sunt sibi vsurpauit
scilicet potentiam: Cum dicit Ysa. Ponaz se/
dem meã rc. Sed cuz dicit. Uos inhono. rc.
innuit eos habere demoniuz ⁊ similes diabo/
lo: quia sicut non honorauit patrez: sic non ho/
norauit filiuz: cui ausus est dicere. Hec omnia
tibi dabo: si procidens rc. Matth. 4. Et ideo
demoniuz non habeo. Et ratio potest esse talis
Demoniuz est querere in suis ẜmonib9 gl'iaz
ꝓpriã ⁊ ostentationẽ sue scie. Ego autez in ser
monibus meis quos vocatis transcendẽs nõ
quero gloriaz meã sed magis patris. Dixi. n.
me esse ab eo: dixi etiam me scientiam habere
ab eo: ⁊ nõ ex me. Igitur demoniũ nõ habeo
Unde licet non quereret gloriam propria in in
quantum homo: tamen querebat eam deus pa
ter. ⁊ ideo dicit. Et pater qui querat ⁊ iudicet:
Tunc pater querit gloriam xp̃i: dum recipien
tes xp̃m glorificat: iudicat tamen dum contra/
dicentes christo condemnat.

Secunda ꝯsideratio.

Irca secundam ꝯsideratione: que est
c de veritatis efficacia cum dicit. Amẽ
dico vobis rc. Sũt sex conclusiões.

Prima conclusio est: q̃ sermõis diuini ser
uatio liberat a morte culpe ⁊ ab eterne damna-
tionis pena. Cuius ratio est. Illud quod cu/
stodit innocentie viaz liberat a morte culpe: ve
ritas iustitie iustodit viam innocẽtie. Prouer.
12. Veritas autem iustitie est diuini sermonis
seruatio. Ergo rc.

¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ veritas diuini sermonis confert vitaȝ eternam. Ratio potest eē Nam vita beata in visione ⁊ fruitione ꝯsistit. Et ideo ꝑ exclusioneȝ mortis gehenne: que huic visioni opponitur consecutio beatitudinis intelligitur. Hoc autem fit per verbuȝ diuinū Et ideo semini comparatur. Luce. 8. Inquantum vita eterna in verbo dei cōsistit sicut i quodam principio seminali: qꝛ finaliter ducit ad vitam beataȝ: sicut virtute seminis ꝓducitur fructus. Et ideo sicut qui seruat semen a corruptione peruenit ad fructum: Sic seruans verbum diuinuȝ peruenit ad beatitudinis statum. Sicut igitur semen seruatuȝ ⁊ seminatuȝ in terra ꝓducit fructum conseruatiuuȝ vite corporalis sic sermo diuinus ꝯseruatus ab aia fructum ꝓducit cōseruatiuū vite spiritualis ⁊ acquisitiuū premij eternalis. Prouerb. 3. Custodi legeȝ meam atqȝ consilia ⁊ erit viuens anima tua.

¶ Tertia conclusio est: ꝙ seruatio diuini sermonis docet voluntatem nostram diuine voluntati conformare: quod necessariuȝ est ad nostram salutem. Nam voluntas creata non est sua regula. Ideo potest a rectitudine declinare Voluntas autem diuina sola est regula sui actꝰ Et ideo non potest deficere. Sicut ergo rectuȝ est iudex sui ⁊ obliqui: sic omne iudicium volūtatis create sumenduȝ est in ordine ad voluntatem diuinaȝ: que sola recta est ⁊ obliquari nō potest. Et hoc est qd̄ dicit. Si quis sermonem meuȝ seruauerit: mortē non gustabit in eternū Non dicit qui audierit: sed qui seruauerit. Nā sicut cibus sumptus non nutrit si statim reijcit ita de verbo dei nihil ita vtile qd̄ in transitu ꝑfit. Ideo iacob p̊. Estote factores verbi ⁊c. Ad roma. 10. Non auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores. Dicit etiā. Non gustabunt mortem. Nam mors illa gustari dicit quia est semper quasi in gustu ⁊ nunqȝ in digestione semꝑ incipit ⁊ nunquam desinit.

¶ Quarta conclusio est: ꝙ propter iterataȝ cōtumeliam non est desistendum a predicatione nec propter scandalum est veritas doctrine dimittenda. Contumelia iterata fuit cum dicunt. Nunc cognouimus quia demoniū habes: veritas doctrine erat cuȝ dicit. Si quis sermonē meum ⁊c. Veritatem doctrine non dimisit di. Non auditis quia ex deo non estis. ¶ Nota ꝙ quintuplicē ꝯtumeliā intulerunt ei. ¶ Primo eius vite dicentes eum samaritanum esse. ¶ Scd̄o eius potentie dicētes. Demonium habes: cū mira ⁊ magna d̄s faceret ⁊ doceret: non ascribebāt hoc diuine virtuti: sed demoni. ¶ Tertio eius veritati dicētes. Abrahā mortuus est. q. d. Falsuȝ est qd̄ loqueris: ex quo illi qui optime seruauerunt sermonem dei mortui sunt preponentes ei abrahā. ¶ Quarto eiꝰ dignitati dicentes. Nunqd tu maior es patre nostro abraham? Dn̄s autem ostendēs se supiorem ⁊ dn̄m abrahe ait. Abraham pater vester exultauit: idest cum gaudio desiderauit spiritu sancto reuelante. Vt videret: idest intelligeret Diem meum: scilicet incarnationis ⁊ eternitatis mee. Vidit: idest intellexit in fide. Et gauisus est: patet ergo me esse illi superioreȝ qui desiderat me redemptoreȝ. ¶ Quinto eius eternitati. d. Quadragita annos nōdū habes ⁊c. Labor enim ⁊ calor regionis ⁊ inopia rerum consumpserunt eius naturam delicatam: vt videretur maioris etatis. Quibus etiaȝ reddēs rationem diuinitatis sue mysterium aperuit dicens. Antequam abraham fieret ego suȝ: quasi diceret: ille ē factura: ego āt creatrix essentia.

¶ Quinta conclusio est: ꝙ non debemus ex bono opere gloriam nobis querere. vnde dicit Ego gloriam meam non quero. Nihil ita nociuum est homini sano sicut aer corruptus: vnde si homo sanus exponit se aeri corrupto inficitur ⁊ infirmatur. Sanitas anime est gratia ⁊ bona opera. Vana autem gloria est ventus vel corruptus aer. Sicut igitur sanitas corrupto aere corrumpitur. Ita per ventum inanis glorie bona opera corrumpuntur. E conuerso bonus ventus sanitatem conseruat ⁊ nutrit. Bonus ventus vel aer: est gloria que ex deo est: quia non est de corrupto loco: ideo dixit. Gloriam meam nō quero: sed fugio quasi aerem fetidum ⁊ corruptuȝ. Unde dicit. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Quod verificatur tribus modis. ¶ Primo modo d̄ filio dei: quia nihil habet nisi natum ⁊ ab alio. Si g̊ gl̄iaret̄ in aliquo: q̄si illd̄ hr̄et a se: gloria sua nulla esseȝ: qꝛ gloriaretur in eo quod nō est: sed filiꝰ nihil hȝ nisi innatū ⁊ ab alio. Igit̄ ⁊c. ¶ Alio modo intelligitur de homine christo: qui non poterat gloriari in aliquo: quasi per se haberet illud: quia quicquid est in creatura: ab alio est: Prima ad cori. 4. Quid habes quod nō accepisti? Quid gloriaris ⁊c. ¶ Tertio modo sic vt sit sensus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est: idest vana a vobis reputabitur: sicut illius qui ꝯmendat seipsum.

¶ Sexta ꝯclo est: ꝙ non est gloria. nisi que a deo est. Scd'a ad cori. xj. Qui gloriatur in domino glorietur. i. fm glosam vt domino attribuat confidentiam ⁊ gloriam: cuius gratia est ꝙ non potest ille qui non hꝫ a deo potestatem: qꝛ suam gloriam querit. Non. n. qui seipꝫ cōmendat ille ⁊c. i. q extra deum gloriat᷑: sibi attribuendo quod dei est. Et ideo in nullo gl'iari debemus qđ alienuꝫ est a beatitudine: qꝛ talis non ꝓbaretur a deo. sicut pꝫ in mundanis qui gl'iantur in diuitijs: honoribus: gl'ia mundana: ⁊ ptāte magna. Ista. n. oia aliena sunt a vera btitudine: nec ꝯferunt ad eam: sed plerunqꝫ impediunt. Cuius ratio pꝫ. Nam cum btitudo cum sit bonum ꝑfectuꝫ hois: ex eo nō potest malum aliter ꝓuenire: qđ ꝯtingit in premissis. Dicit᷑. n. eccl'ia. 2. ꝙ diuitie interdū cōseruantur in maluꝫ dn̄i sui: ⁊ simile pꝫ in alijs tribus. Et ideo solum in deo vel in hijs: q̄ ordinant nos in deum gl'iandum. Et ideo dicit᷑. Est qui glorificat me. i. gl'iam meaꝫ querit: generans me de eterna essentia: quem vos dicitis qꝛ deus vester est per opeꝝ imutationem: ⁊ p̄ceptoꝝ impletionē: ⁊ tn̄ falsum est. Quod ex hoc ꝓbatur: qꝛ non cognouistis eum: ac per hoc non cognoscitis gl'iam: quam vere cōmunicat generando. Quāuis iudei deum cognoscerent sub rōne deitatis: non tn̄ cognoscebant ipsum sub rōne trinitatis: nec sub omni modo cognitōis. Ego aūt noui eum: sicut filius eius naturalis habēs eandem sbam cum ipso: nō solum sub rōne dei: sed sub ratione patris gl'iam coicantis. Noui aūt eum notitia infinita ⁊ cōprehensiua: inqꝫtum sum deus. Notitia clara ⁊ intuitiua inqꝫtum sum hō deus notitia clarīori: qꝫ aliqua creatura. Et si dixero ꝙ nescio eum: ero similis vobis mendax: quasi dicat fꝫ Criso. Sicut dicentes eū nescire mentiemini ita ego si dixero me nescire: ero mendax: quod est ipossibile: cum sim veritas. Sꝫ scio eū ⁊c.

Tertia ꝯsideratio.

Irca tertiam considerationem: que est de malignantium malitia: cuꝫ dicitur. Tulerunt igitur lapides ⁊c. vbi occurrunt quinque conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ licet voluntas propria ⁊ consilium proprium: cor instabile ⁊ cor duruꝫ sint idem realiter: differunt tamen ratione. Dicitur. n. voluntas propria: que nō est cois cum deo ⁊ hoibus: sed nostra tn̄: quando qđ volumus: non ad honorē dei: non ad vtilitatē factum: sed propter nosmetipsos facimus.

¶ Propriū ꝯsilium dicit᷑ obstinatio in ꝓprio errore: ita ꝙ nullius velint cōsilijs acqescere: placētes sibi in oculis suis: ignorātes dei iustitiam: ⁊ suā volentes ꝯstituere voluntatē. Dicitur aūt cor instabile: inqꝫtum defluit per prauas cogitatōes. vn̄ duꝫ suo ducit᷑ arbitrio: ⁊ diuino caret ꝯsilio: in seipo non pōt ꝯsistere: sed omni mobili mobilius ꝑ infinita distrahitur. Dicit᷑ aūt cor duꝝ: ꝙ nec ꝯpunctione scindit᷑: nec pietate mollit᷑: nec mouet᷑ p̄cibꝰ: minis nō cedit: ⁊ flagellis induratur. Hec Bernar.

¶ Scd'a ꝯclo est: ꝙ hec quatuor p̄dicta indurant hoiem: quasi lapideum reddētes: ⁊ inhabilem ad gratiā dei: qꝛ meatus spūales gratie dei obstruunt: vt dicit᷑ p̄mo macha. 5. Obstruxerunt portas lapidibꝰ. Naꝫ lapis dicit᷑ quasi ledens pedē. Sic isti dicunt᷑ lapides: tuꝫ qꝛ ledunt. i. ꝑuertunt affectuꝫ libidinosa delectatōe in creaturis: tum qꝛ ledunt affectionē diuine voluntatis: q̄ est sanctificatio nostra fm apl'm. vn̄ glo. sup Job. 2. d. Cor eiꝰ indurabit᷑ q̄si lapis qꝛ nulla vnqꝫ ꝯuersionis pn̄ia mollie᷑.

¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ hanc indurationeꝫ non causat deus: nisi inqꝫtum deus gratiam suam nō largit᷑: fm illud ad Ro. 9. Quem vult indurat: ⁊ cui vult miseret᷑. vbi dicit glo. Aug. Intelligendū nō est ꝙ sic induret deus: ꝙ aliquem peccare cogat: sed tn̄ qbusdam peccantibus misericordiā iustificationis sue non largit᷑ ⁊ ob hoc eos indurare dicitur: qꝛ nō eoꝝ misere tur: non qꝛ impellit vt peccent. Eorum autē non miseretur: quibus gratiā non esse prebendam equitate occultissima ⁊ ab humanis sensibus remotissima iudicat: quam non apit apl's sed miratur dicens. O altitudo diuitiaꝝ ⁊c.

¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ hijs lapidibus ih̄s mltipliciter dicitur lapidari spiritualiter. ¶ Primo nanqꝫ ih̄s inquantum dicitur veritas: sic lapidatur a repugnantibus veritati. s. a mēdacibus: simulatoribus ⁊ ypocritis. ¶ Secundo inquātum dicitur bonitas: sic lapidatur ab hijs: qui beneficijs dei non emolliuntur: sed duriores inueniuntur. ¶ Tertio iesus inquātum dicitur misericordia ⁊ benignitas: lapidat᷑ ab hijs: qui nō attendunt ꝙ deus expectat eos ad penitentiam: ⁊ peccata iterare non cessant: contra quos ad Ro. 8. An diuitias bonitatis ⁊c. ¶ Quarto inqꝫtū deus est caritas: lapidatur a cupidis ⁊ auaris. ¶ Quinto inquantuꝫ dicitur mundicia: lapidat᷑ ab illis: q in seipsis

ꝯtinentiam virginalem ac coniugalem ⁊ vidualem corrũpunt. ¶ Sexto inq̃ʒtuʒ dicit̃ iusticia .s. flagellãdo impios lapidatur ab hijs qui flagellis non emendantur: sed cum pharaone deteriores fiunt. Exodi. 8. Induratuʒ est cor pharaonis. ¶ Septimo inq̃ʒtum iesus dicit̃ pax. s. ꝯmergẽs sanctas ꝯgregationes lapidat̃ ꝑ illos q̃ per insolentiaʒ pacem dissipant. He quatuor ꝯclões includuntur in h̃ qđ dicitur. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum: vbi Augu. Tanta duritia quo curreret nisi ad lapides sibi similes.

¶ Quinta ꝯclõ est: q̃ merito veritas abscondit̃ a mẽdacibus: a detractorib⁹: ab adulatoribus ⁊ ypocritis: ⁊ veritati ꝯ̃dicentibus: bonitas ab ingratis: iustitia ab icorrigibilibus. mĩa ab obstinatis peccatoribus: largitas a cupidis mũdicia a luxuriosis: sobrietas a gulosis: humilitas a suꝑbis. vnde psal. Abscondã faciem meam ab eis ⁊c. Sed q̃re hoc propter triplex motiuũ. ¶ Primo in signuʒ. De quo Gre. Abscondẽdo se dñs signat: q̃ ab eis seipsa veritas abscondit qui eius verba sequi ꝯtemnũt. Eam q̃ppe mentem quam nõ inuenit humilẽ veritas fugit. ¶ Secđo in exemplũ de q̃ Grego. Quid autem nobis hoc exẽplo dñs loq̃tur nisi vt cum etiam resistere possumus iraʒ suꝑbientium declinemus. ¶ Tertio in documentum vt ostenderet nobis q̃ ipse erat verus homo. vnde Aug. super Joh. Tanq̃ʒ homo a lapidibus fugit. Sʒ veh illis: a quorũ lapideis cordibus deus fugit. vnde subditur. Abscondit se ⁊ exijt de templo. Secđʒ Aug. non abscõdit se in angulo templi: quasi timens: aut in domunculã fugiens: vel post muꝝ: vel columnã diuertens: sed potestate celica inuisibilem se insidiantibus constituens. Per medium illorum ibat. ¶ Nota q̃ quandoq̃ʒ dominus abscondit se vt deserat: q̃ʒdoq̃ʒ vt corripiat: quandoq̃ʒ sit promoueat. ¶ Primo abscondit se a malis. ¶ Secđo ab infirmis. ¶ Tertio a bonis. Dicit etiaʒ. Exiuit de templo. i. de conscientia: quam sibi templum consecrauit. A quo exire expellitur: quando homo admittit malam delectationem. Violatur: quando perpetrat operationem: Lapidatur: quando impugnat correctiõem. Ut patet hic. a qua impugnatione nos liberet iesus. amen.

¶ Feria secđa dñice in passiõe. Sermo. 73.

Miserunt principes ⁊ pharisei. Joh. 7. Secđʒ qđ dicit augu. in libro qui speculum manuale intitulat̃: dum cogito mirari nõ cesso illam in deoꝝ impietatẽ q̃ manus in xp̄ʒ dñm iniecerunt verbis celestibus intonantẽ: tantisq̃ʒ miraculis coruscantẽ. O corda saxis duriora. ⁊ brutis feris crudeliora. Rogo vbi sensus miseroꝝ q̃ñ videbant celesteʒ medicum infinitaʒ languentiũ turbam gratis sanare: demones excutere: cecos illuminare: leprosos mũdare: ⁊ huiusmodi multa q̃ solius verbi potestate sine mora potuit agere. Nõ hesitabãt in cordibus ceci cũ ipsa quoque elementa famulari ei cernerent: adeo vt ingressus mare ventis iperans ꝓcellas ꝯpesceret. O ostẽdisti euidentibus signis ipm tuũ esse filiuʒ dẽs pater. Ex q̃bus verbis isert q̃ in hoc euangelio ostẽditur executio machinatiõis iudeoꝝ i mortem xp̄i que in die dñica post lazari suscitationẽ erat excogitata diffinitiue. Et ideo in euãgelio occurrunt q̃tuor ꝯsiderationes.

Prima ꝯsideratio.

Circa p̃mam ꝯsideratonẽ que est de ꝑuersitate stulte emulatiõis iudeorũ cum dicitur. Miserũt principes ⁊c. Occurrunt due conclusiones.

¶ Prima conclusio est doctrina Isido. de sũmo bono quam transeo.

¶ Secđa ꝯclo est: q̃ ꝑꝑ inuidiã iudei xp̄ʒ persequebantur. Nã s̃ʒ augu. Inuidia est odiuʒ aliene ꝓsperitatis: qua hõ dolet aliũ sibi equari ⁊ p̃ferri: ⁊ cupit ei malũ: ⁊ de bono eius dolet. Unde inuidia dr̃ a non vidẽdo: q̃r non potest videre bona alioꝝ. Grauis nanq̃ʒ inuidia est malum ꝓ malo reddere. grauior aũt odire illuʒ q̃ nihil nocuit. Grauissima aũt maluʒ ꝓ bono retribuere: ⁊ odio hr̃e aliquẽ qui bon⁹ est sicut iudei christum: vnde dicitur. Miserunt principes ⁊ pharisei ⁊c. Quia audientes turbaʒ christo acquiescentem turbati miserunt ⁊c. Ex quo patet s̃m Crisostomuʒ. Q đ solutio sabbati nõ erat causa totalis persecutionis christi ⁊ odij sʒ quia turbe eum glorificabant. Ecce inuidia: q̃ s̃m augu. est odium felicitatis aliene.

Secunda consideratio.

x Irca secundã ↄſiderationeȝ q̃ eſt de
ↄgrui tp̃is paſſiõis preordinatione:
cuȝ dr̃. Adhuc modicũ tp̃s vobiſcuȝ
ſum. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ↄclo eſt ꝙ ſicut paſſio xp̄i preuiſa
fuit in mente dina ab eterno. ſ. ꝙ moriẽs ꝓ no
ſtra ſalute: ſua morte nos liberaret: ſcȝ a morte
pene culpe ⁊ gehẽne: Sic ⁊ genus paſſionis
modus ⁊ tp̃s: vt videlicet ꝙ deberet mori ĩ cru
ce: ⁊ tali modo ⁊ tali tp̃e. In cuius ſignũ iudei
paſſionis tp̃s preuenire volentes: ipſuȝ capere
non poterant. Dicit glo. Adhuc modicuȝ tp̃s
vobiſcũ ſuȝ. q. d. Modo me cape non poteſtiſ
qꝛ hoc eſt tp̃s ↄuerſationis vobiſcũ: ⁊ non tp̃s
ꝫ gloſaȝ mortis. Sum. n. vobiſcum ↄuerſa-
tione: ibo ad patrem per paſſionem.

¶ Scd̃a ↄclo eſt: ꝙ tp̃s chriſti fuit modicum
ꝓpter duo. ¶ Primo ad oſtendendũ xp̄i vir
tuteȝ: q taȝ modico tp̃e mũduȝ imutauit. ¶ Se
cundo ne diſcipuli in eo terminũ ponerẽt: quia
humãitas xp̄i fuit via: ꝑ quã deueniem⁹ ad di/
uinitateȝ. Fuit aũt xp̄s via ⁊ terminus. ſ. vita
Rñdens ĝ chriſtus: volẽs ſatiſfacere volũtati
perſequentiuȝ. Q̃d vultis facere facturi eſtis:
ſed non modo: qꝛ modicũ tp̃s vobiſcum ſum.

¶ Tertia ↄclo eſt: ꝙ malignantium hominuȝ
voluntas nõ poteſt ipleri niſi deus dederit po-
teſtatem: vt dicit Iſido. Nã duȝ hoies deo ꝑ/
mittente: malũ qd̃ ↄcupiſcunt ꝑficiũt: ipe dr̃ fa/
cere qui ꝑmittit. Dextñ ꝙ iniqui ex voluntate
mala volunt. Idcirco d̃s perficiẽdi dedit pote
ſtatem ꝑ ſuaȝ bonam voluntatẽ: qꝛ de nr̃o ma/
lo ipſe multa bona opatur. Quidam tñ volun
tati dei reſiſtunt: neſciẽtes ↄſilium dei faciunt:
qui nouerũt ſic deo ſubiecta eſſe oia: vt ⁊ ipſi q
eius diſpoſitioni aduerſant̃ eius ipleant volũ-
tatem: ideo dicit. Queritis me. i. meaȝ corpo/
ralem preſentiaȝ. Queretis: volũtate nocendi
Et non inuenietis: poteſtate offendẽdi. Ex q̃
pȝ ꝙ voluntas nocẽdi eſt vnicuiqȝ a ſe: ſȝ pote
ſtas eſt a deo. Unde dixit pylato iniuſte euȝ iu
dicanti. Nõ haberes in me poteſtateȝ ⁊c. Cu/
ius ratio eſt. Quia vbi ego ſuȝ: non dicit: vbi
ero: qꝛ ſemꝑ erat xp̄s quo fuerat iturus. Sic
eniȝ venit vt non recederet. Uñ in alio loco dr̃
Nemo aſcendit in celuȝ niſi qui de celo deſcẽ/
dit: filius hois qui eſt in celo. Nõ dixit qui fu/
it: ſȝ q ẽ: qꝛ ſ̃m carnẽ fuit in terra: ꝫ maieſtatẽ
erat ĩ celo ⁊ ĩ terra. Tertia ↄſideratio.

c Irca tertiam ↄſiderationeȝ que eſt de
noſtre ſalutis per iudeos ꝓphetatione:
cum dixit. Dixerunt ergo iudei ad ſemetipſos
vbi occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima ↄclo eſt: ꝙ ſicut d̃s ẽ cã vniuerſa/
lis in agẽdo: ⁊ nõ p̃exigit materiaȝ: nec aliquã
diſpoſitionẽ materie in corporalibus affectibuſ
⁊ ſimul põt mãm ⁊ diſpoſitionẽ ⁊ formã indu/
cere: ſic ẽt in effectibus ſpũalibus non p̃exigit
aliquã diſpõneȝ: ſȝ poteſt ſimul cũ affectu ſpũa
li iducere diſpõnem ↄueniẽtem q̃lis regreret̃
vt. ſ. aiaȝ ĩ ipſa ſui creatiõe diſponeret ad ꝓphe
tiaȝ ⁊ daret ei gratiaȝ ꝓphetalem. Tñ iudei ꝑ
lumen legis ſcripte habiliores erãt ad donum
ꝓphetie q̃ȝ gentes. Ratio eſt. Nã ſicut in re/
bus corporalibus abeunte paſſione remanet q̃
daȝ habilitas ad h̃ ꝙ facilius illuſtret̃ iterato.
Sic etiã mens ſemel ad deuotionẽ excitata: fa
cilius poſtmodũ ad deuotionẽ priſtinã reuoca
tur. Propter qd̃ Auguſti. in libro de orando
dñm dicit eſſe neceſſarias crebras orationes:
ne ↄcepta deuotio totaliter extinguatur: ſic iu/
dei ex lumine legis habiles effecti ad ꝑceptiõeȝ
diuinoꝝ que ꝑficit ꝓphetiaȝ poterãt velamen
ꝓphetie remouere. Unde audiẽtes in verbis
chriſti alibi euȝ ituꝝ ↄiecturari poterant ex ſcri
ptura legis: eius p̃ſentia ꝓpter veritatis agni/
te ipugnationem eos nõ eſſe dignos. Et ideo
eo dicente. Quo ego vado vos nõ poteſtis ve
nire. Dixerunt ad ſemetipſos. ſ. occaſionẽ ſu/
mentes ex ſcriptura. Quo. ſ. iturus eſt: dubitã
do ſcripture ꝓteſtationeȝ ⁊ eoꝝ indignationẽ.

¶ Scd̃a concluſio eſt: ꝙ lȝ donuȝ ꝓphetie de
tur aliquibus ꝓpter alioꝝ vtilitatem: ⁊ ꝓpter
mentis ꝓprie illuſtrationẽ: ſicut patȝ in hijs in
quoꝝ animas ſapientia diuina: per gratiaȝ ſan
cti ſpũs ſe transferens amicos dei ⁊ prophetiaſ
ↄſtituit qui ſunt quaſi inſtrumenta diuine ope-
rationis: ⁊ non ad voluntatem ꝓpriam. vnde
Ihero. ſuꝑ Matth. Prophetare vel virtuteſ
facere interdũ non eſt meriti que operatur: ſed
inuocatiõis nois xp̄i. Hoc aũt fit ob ↄdẽnatio
neȝ eoꝝ qui inuocant: vel ad vtilitateȝ eoꝝ qui
inuocant: vel ad vtilitateȝ q audiunt ⁊ vident.
vnde ſequitur. Nũquid in diſꝑſione gentium
iturus eſt ⁊ docturus gẽtes? ¶ Nota ꝙ ſic di
centes noſtrã ſalutem ꝓphetauerũt neſcientes
quid dicerent. vnde Augu. Dñs erat iturus
ad gentes: non p̃ſentia corporis: ſed miſit nos
membra ſua: ⁊ fecit nos membra ſua. vñ gloſ.
ibidẽ dicit: cũ dñs diceret. Ego ſum non pote
ſtis venire. Neſcierũt: ⁊ tamen aliqd qd̃ futuꝝ
erat neſcientes ꝓnunciauerunt. ſ. ꝙ ſi non pre

sentialiter: tamē ꝑ apostolos esset iturus ad gē tes crediturus. Et dicit ibidem glo. Cū ignorantes ꝓphetassent veritatem replicantes eandem questionē ostendunt se ex ignorantia ꝓphetasse. vnde Augꝰ. in libro de mirabilibus sacre scripture: de asina balaan: q̄ quasi querulosa angelo loquente dicit. Quāuis asina ꝯpetentia verba ꝓferat: non tñ sua mente: nec effectu loquitur: sed dñs: de quo dr̄. Et aperuit os asine: sicut ad loquēdū os aperuit: ita ⁊ linguā ⁊ palatū in verba gubernauit. Asina. n. quomodo ⁊ quid: ⁊ si quid oīno diceret nesciuit. Sic hoīes alieno afflati spiritu loquunt̄. Nesciunt tamen quid dicunt. Ex quo pꝫ deum nihil in natura asine mutasse: qꝛ vbi vult spirat. Hijs igitur duabus causis adeo balaan ꝑmissus est venire: vt ꝑ mutuꝫ aīal: eius insipiētia ꝯfutaretur: ne de dñi spiritu ⁊ si in se loqueret̄: elatus in supbiam esset: ⁊ aduentus xp̄i ꝓphetatus ex gētibus q futurus gentiū saluator esset in lege dei describeret̄. Quarta ꝯsideratio.

c Circa quartā ꝯsiderationem de aptitudine temporis passionis ad gratiam vocatiōe cum dicitur. In nouissimo autem die. vbi occurrunt tres ꝯclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ ante horā passionis xp̄i nulla petitio gratie impetrande erat exaudibilis. Ratio est. Quia quecunq; petitio facta ab inimico non est exaudibilis: sed ante passionē xp̄i eramus inimici. Igitur pro tūc petitio nō erat exaudibilis. Sed per mortem xp̄i facti sumus amici. Igitur tempus passionis est tēpus aptum ad reconciliationem. Unde apostolus. Cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filij eius. Iaꝫ vero passione iminente vocat clamatorie promittens nobis suam gratiam largiri. vnde sequitur. In nouissimo aūt die magne festiuitatis stabat iesus. Festuꝫ. n. hoc mihi signat tempus gratie. In quo solum scilicet licitum est mereri per virtuosas operationes. Sed dies passionis dicitur nouissimꝰ dies: eo ꝙ per passionem meritum gratie christus cōsumauit. vnde. In nouissimo die: id est tempore passionis. Stabat: immobiliter paratus. Et clamabat: nunc voce suplicando: nunc minando: nunc beneficia largiendo.

¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ licet liberum arbitrium ad bonum ⁊ ad malum naturalem habeat libertatem. Tamen ꝓpter fomitem originalis infectionis ad malum habet quandam seruilem inclinationē. Scḋꝫ illud apostoli. Qui facit peccatum: seruus est peccati. ¶ Primum patet: quia liberum arbitrium est illa anime rationalis potentia: qua velle bonum ⁊ malū potest vtraq; discernens: vt dicit magister. vnde dicit liberum quantum ad voluntatem: que ad vtrunq; flecti potest. arbitrium: quantuꝫ ad rationem. Cuius est discernere inter bonum ⁊ malum. ¶ Secundum etiam patet per beatū B. Voluntas cuꝫ sit libera se seruam facit peccati peccato assentiēdo. Sed qꝛ deus in omni opere suo ē summe misericors ⁊ iustus. Quia misericors: ideo liberalissime condescendit humane miserie per infusionē sue gratie. Quia vero est iustus. Non dat donum sue gratie nisi desideranti: nec profectum nisi regratianti: nec impendit misericordiam: nisi eaꝫ recognoscenti: vt salua sit libertas liberi arbitrij: ⁊ non vilescat nobilitas doni. Et ideo ad consecutionem doni siue gratie: oportet ꝙ liberum arbitrium moueatur a motore vniuersali: qui est deus. vnde ad philippenses secundo dicitur. Deus est qui operatur velle ⁊ perficere. Ratio est. Quia omnis motus naturalis est ab eo qui causat naturam. vnde dicitur octauo phy. Qḋ generans mouet ſm loca grauia ⁊ leuia: sed voluntatis causa nihil aliud potest esse: q̄ꝫ deus. Quod patet dupliciter. ¶ Primo ex h̄ ꝙ voluntas est potentia anime rationalis: que a solo deo causatur per creationem. ¶ Secundo ex hoc ꝙ voluntas habet ordinē ad vniuersale bonum: quia deus est causa quare mouet̄ anima naturali ⁊ vniuersali motu. Sicut vniuersalis motus ad vniuersale obiectū voluntatis ꝙ est bonuꝫ: ⁊ sine vniuersali motione homo non potest aliud velle: lꝫ homo per rationē determiet ad volendū: hoc vniuersali illud qḋ est vel veꝝ bonuꝫ: vel apparens bonū: sed tamen interdum specialiter deus mouet aliquos ad aliquid determinate volenduꝫ quod est bonum: sicut est in hijs quos mouet per gratiaꝫ. vnde impossibile est ꝙ motus volūtarius eiꝰ fit ab aliquo ꝑncipio extrinseco: ꝙ nō sit causa voluntatis. vnde lꝫ res nālis moueat̄ aliquando ab aliquo: ꝙ non est causa rei mote: tamen talis motus nō est nālis. vnde lapis si ab hoīe sursuꝫ mouetur: tñ hoc non est causa naturalis lapidis: ⁊ ideo talis motus non est naturalis. Et ideo saluator inuitans nos ad sue gratie ꝑceptionem dicens. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat: quasi diceret. Neminē violētia traho: sꝫ si quis desiderat hanc grāꝫ benigne offero.

Si quis ergo ex quocunq sit ille: nullū excludo: veniat: qr offero sine preuentione meritorum: sine exceptōe aliquorum: sine cuersione opprobriorum. Jaco. p°. Si qs indiget sapia: postulet a deo: q dat q ad pmū oib⁹ quo ad scdm affluenter q ad tertiū: 7 nō improperat q ad 4m.
¶ Tertia pclo est: qr hoc donum gratie spūs sancti maxime habetr per fidem formatā: que ē virtus intellectualis: pficiens potentiā humanam: 7 determinans eam ad actū bonum. Fides formata est: quādo fides in intellectu: 7 caritas in affectu. Fides informis est fm Ber. quando caritas nō est in affectu: sz ante passionem xpi. Fides erat informis: 7 ideo nō poterat habere pfectionē meriti: qđ per passionem est csumatum. ¶ Ratio etiā pōt adduci per illud: qr gratia spūs sancti pōt haberi: per qđ quis deo fit acceptus. Sz per fidem quis deo fit acceptus: qr impossibile est sine fide placere deo. Nam sicut aīa non est deo grata: nisi fit ordinata quantum ad voluntatē per habitum caritatis. Sic etiam opz qr intellectus ordinetr per fidem. Sequitur cum p fidem quis acceptus fit deo: 7 acceptatio mereatur donū spūs sancti sibbi largiri: qđ per fidem donum spūs sancti adipiscatur. Et hoc est quod dicit. Qui credit in me: de ventre eius fluent aque viue. Nam credere est in potestate nostra. ¶ Unde nota qr iste fons est pmo intrinsecus insistēs. Et ideo ait Aug. Qui bibit credendo in xpm: haurit fontem: quo hausto: viuescit csciā: que est venter interioris hois: 7 etiā ipsa fons erit ¶ Scdo iste fons erit copiosus 7 abundans: 7 ideo dicit flumina. vnde Criso. flumina dicit: 7 nō flumen: copiositatē 7 vbertatem occultam insinuans. ¶ Tertio iste fons est profic⁹ 7 redundans: 7 ideo dicit. Fluent. vbi Aug. Fluuius q manat de ventre interioris hominis: est beniuolentia: qua qs vult proximo consulere. Si enim putet qr quod bibit soli ipi debeat sufficere: nō fluit aqua viua de ventre ei⁹ Si aūt proximo festinet consulere: ideo nō siccatur: quia manat. ¶ Quarto iste fons est cōtinuans 7 operans. Et ideo dicit. Aque viue. Uiua enim aqua continuatur fonti: 7 iste fluuius ctinuatur spūi sancto. Psal. Apud te est fons vite. Criso. dicit aquam semper viuam. Spiritus sancti enim gratia cum in mentem intrauerit: omni fonte magis manat. Et neque deficit: neq euacuatur: nec stat. vnde sequitur. Hoc aūt dicit de spiritu sancto: quem accepturi erant credentes in eum. Actuum. 2°. factus est repente de celo 7c. vnde Jhero. in glo. Audacter pnuncio: qr ex eo tpre quo apl'i domino crediderunt: super eos habuisse spūm sanctum: nec potuissent signa facere absq spiritus sancti gratia: sed pro mō 7 mēsura. Ideo christus clamat d. Si qs sitit: non qr tunc: ga nōdum notus in apl'is radicabatur. Sicut pz cum duceretur ihs ad passionē: negant se xpz scire. Postq autē baptizantur spiritu sancto: tunc libere loquuntur ad iudeorum principes. Actu. 7°. O portet deo obedire 7c. Mortuos suscitant inter flagella: letantur: fundunt sanguinem: 7 aliis suppliciis coronantr. Quorum meritis pricipes faciat nos ihs xps.

¶ Feria. 3a. dñice in passione. Ser. 74.

Ambulabat iesus in galileā 7c. Joannis. 7. Scdz qr dic Gregorius in mora. Odire bonū est maius peccatū q non facere bonum.

a

Contingit. n. aliquādo ex infirmitate qr homo amat bonū: sed implere non pōt. Sicut ergo grauius est peccā diligere: q ipsum perpetrare ita nequius est etiam odisse iustitiā: q non fecisse. vnde fm eundē illi: q non solum bonū non faciunt: sed etiam facientes persequuntur 7 bonum quod in se nō habent: in aliis detestātur: peccant non p ignorantiā vel infirmitatē Sed ex certa malicia: sicut pz in euangelio de iudeis xpm psequentibus: cum esset summum bonum: a quo nobis omne deriuatr. vnde dr. Ambulabat ihs 7c. Et fm hoc in euāgelio psenti occurrunt nobis quatuor csiderationes.

Prima csideratio.

Circa pmam csiderationem: q est de c iudeorum psecutōe: cum dicitr. Ambulabat ihs 7c. sunt tres pclones.

